burg
1950

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0002-3

POSITIONES JURIDICÆ
INAUGURALES
DE

# RESTITUTIONIBUS IN INTEGRUM

*QUAS*

SUB PRÆSIDIO JEHOVÆ
*EX DECRETO ET AUTHORITATE*
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET CONSULTISSIMI JURIS ANTECESSOrum Ordinis in inclyta & celeberrima Argentoratenſium Univerſitate

*Pro Gradu* DOCTORATUS *in utroque Jure ritè conſequendo*

*Publicæ & ſolenni diſquiſitioni ſubmittit*

TOBIAS ULRICUS à GÜLCHEN
Spirâ-Nemes.

*Ad diem* 9 *Menſis Decembr. horis locoque conſuetis*

*ARGENTORATI*

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,
ET JOSIÆ STÆDELII,

M. DC. L.

22 774.
1650, 7.

# VIRIS

*Magnifico, Excellentiſsimo, Nobilibus,*
*Clariſsimis & Conſultiſsimis*

DN. GEORGIO FRIDERICO Mohr
DN. BARTHOLDO Gieſſenbier
DN. JOH. ULRICO Stieber
DN. CONRADO Blawfelder
DN. HENRICO à GÜLICH
DN. DAVIDI Bergern.

JCtis & Anguſtiſſimi Cameræ Imperialis Dicaſterii, quod Spiræ eſt, reſpectivè Aſſeſſori, Advocatis & Procuratoribus eminentiſſimo, vigilantiſſimis,

*Dominis, Fautoribus, Promotoribus & Affinibus ſuis obſequiosè nullo non tempore colendis, venerandis*

Inauguralem hanc Diſputationem

*In debitæ gratitudinis ſignum & ulterioris benevolentiæ incitamentum*

eâ quâ par eſt obſervantiâ
offert

Tobias Ulricus à Gülchen.

I. N. D. N. I. C.

*Diſputationis Inauguralis*

# DE RESTITUTIONIBUS in Integrum

THESIS SEU POSITIO I.

RESTITUTIO (*a*) in integrum (*b*) eſt Remedium Juris (*c*) extraordinarium (*d*) quo Prætor (*e*) naturalem æquitatem ſecutus (*f*) deceptos aut læſos (*g*) ex juſta & probabili cauſa (*h*) in priſtinum ſtatum reponit (*i*)

(*a*) NON GRATIÆ & MISERICORDIÆ, quæ MAIESTATIS EST, de qua *l.1.4.&ult. C. de ſent. paſſ. l.un.§.2.ff. ad L. Iul. amb.l.27.pr.ff..de pœn.l.6.§.12.ff.de injuſt. rupt.c.notandum in fin 2.q.3. c.infames 3.q.7.* RAbſch. zu Speyer *de anno 1526. §.* vnd wiewohl. *Th. Michael. de Iuriſd. θ.32. lit.b. Marius Giurba in deciſ.crimin. deciſ.44.n.55.* SED JUSTITIÆ quæ MAGISTRATUS eſt ex officio ſuæ Juriſdictionis tributa, *l.1.§.10.ff. de poſtul. l.40.§.1.ff ex quib.cauſ.major. ubi utriuſque ſit mentio, Gail.de PP.lib.2. obſ.19.Bach.ad Tr.D.11.θ.2.lit.d.Sf. Odd.tr. de reſtit. in integr. part.1.q.1. art.15. Specul.lib.2.partic.3.de reſtit. in int.§.quis autem n.34.* Eaque viciſſim NON ORDINARIA & CIVILIS, de qua *l.2. C. de reſc.vind.l.3. C. ex quib. cauſ major. l.10. C. de reſc.vind.l.33 ff.de rei judic.l.11.ff.de except.l.3.§.9.junct.l.7.de jur.fiſc. fac.l.59 §.ult. de re jud.l.4.C. quom. & quand. Iud.l.6. C. quando provoc. non eſt nec.* quò referendi ſunt quoque textus, in quibus reſtitutionis & reſtitutoriæ actionis ſit mentio, *ut in l.27.ff de fidejuſſor. l.116. § ult. ff.de leg,1. l.8. Cod. & l.8. §.9.12.13. ff. ad SC. Vellej. ibique. Weſ. in w.ff.n.8.l.9.§.1 ff.de vi & vi arm.l.35 ff.de bon libert.l.15.de obl.& act.c.15. ext. de reſtit. ſpoliat.* SED EXTRAORDINARIA & PRÆTORIA, quæ non ex Legibus & Jure Civili in ſpecie ſic dicto, ſed ex æqui-

tate Prætoris & (*ceu loquitur IC. in d.l.1. §.10. ff. de poſtul.*) ex officio ſuæ juriſdictionis proficiſcitur, *tot. tit. ff. de reſtit. in int. & l.16. ff. de minor. 25. ann. Weſ. in π. ff. d.t. de reſtit. in int. n 5.* Quæ ſola hujus loci propria eſt, ita quidem, ut reſtitutionem tàm majorum quàm minorum 25. annis (de qua *Cujac. ad tit. C. de reſtit. minor.* eam propriè dici affirmat) complectatur, *juxta θ. ſeq* quamvis & reſtrictior ille ſignificatus Juri noſtro non ſit incognitus *l. 1. §. 6. & l.38. ff. de dol. mal. l.50. §.5. in fin. ff. de legat. 3. l.7 §.1. ff. h.t. C. I. A. hic θ. 2. & de dol. mal. θ. 72. & 91.* Verbum RESTITUERE interdum ſignificat reddere, dare, tradere, *l.62. ff. de ædil. ed. ibique gl. verb. reſtituturum l.35. & 75. ff. de V.S. l.20. l.18. ff. de rei vind. Schneid. ad §.14. n.5. Inſt. de Action.* quandoque reficere, *l.8. ff. ſi ſerv. vind. l.25 ff. de reb. cred.* quandoq; exhibere. *§.3. ibique Dn. D. Locam Inſtit. de offic. jud. l.10. §.5. ff. ad exhib.* quandoq; tollere *l.4 §. ult. cum l. ſeq. ff. de aq. pluv. arc. ibiq; Weſ. π. n. 4. l.7. pr. & §.1. ff. quod vi aut clàm. junct. l.3 §.2. ff. de alien. jud. mut.* quandoque redhibere *l.23. § 7. & 8. l.43. § 5. & l.60. ff. de ædil. Edict.* Quæ ſignificationes uti fermè ad unam omnes (quoad ſenſum) important repoſitionem in priſtinum ſtatum, *Odd. d. q.1. artic.1.* Ita hîc quoque reſtituere nihil aliud eſt, quàm redintegrare, *l.2. C. in quib. cauſ. in int. reſtit. nec.* in (vel) reſtaurare *l.2. C. quib. ex cauſ. major. l.1. C. ſi adv. libert.* reducere in priſtinum ſtatum & revocare omnia, quæ abſtulit læſio *l.35. in fin. ff. de ſerv. præd. ruſt. l.24 § pen. ff. de minor. l.38. §.4 ff de uſur. l.58. ff. de pact. l.2 § 43. ff. ne quid in loc. publ. Marant. in ſpec. aur. part.6. de appellat. verb. Reſtitutio n.77. Gœdd. ad l.22 ff de V.S.*

(*b*) Vel integri, *ut eſt in C. Th. lib. 2. tit. 16. de int. reſtit.* Et hoc quoque verbum varias habet ſignificationes, ſecundum omnes tamen illas ſemper quandam perfectionem ſignificat *d.l.2. ibi* redintegratio (quod verbum pleniſſimam reſtitutionem importat Tuſch. *part. 2: concl.302 n 8.*) *Cod. in quib. cauſ. reſtit. l.21. §.1. ibi:* integrato jure *ff. ad SC. Sylan. Odd. d. q.1 art.3.*

(*c*) *L.7. §.1. in fin. ff. h.t. d.l.16. pr. ff. de minor. C. I. A. hîc. θ.3. Weſ. in π. d. tit. n.5.* Quin & actionis vocabulo latiſſimè ſumto comprehenditur, *text. in l.39. §.6. ff. de procur. d.l.16. ff. de minor. l.20. §.1. ff. de tut. & rat. diſtrah. junct. l.25. ff. de admin. tut. l.1. § 3.4. & 6. ff. de dol. l.34 ff. de verb. ſign. l. ibi. in querimoniam. C. qui & adv. quos reſt. c. fin. de offic. jud. Dn Locam. ad rubr. I. de act. in fin. Schneid. ibid. n.10. & 11. Oldend. claſſ.6. act.8. & 9. Paul. 1. ſent. t.7. §.1.*

(*d*) *d.l.*

(*d*) *d.l.16. pr.l.23. l.24. § fin. ff. de minor. l.3. C. de jur. Reip. lib. 11. l.14. § 2. l.21. § 5. ff. quod met. cauſ.* quia extra ordinē & contra communes Juris & contractuum regulas indulgetur *l.7. ibi.* etſi nihil mutandum ex ſolennibus *ff. h.t. l.37. de R.I. Weſen. in ϖ. C. de his quæ vi met. n.2. Tr. d. D.11. θ.1. lit. a. ibiq; Bach.* proinde nec cum ordinario remedio concurrit, *d.l.16. & l.24. C. de rei vind.* niſi vel plenius ipſo ſit & expeditius, *D. Scip. Gentil. lib.1. de Iuriſd. c.26. Odd. d. part.1. q.17. art.2. gl. ad l. fin. C. ſi adv. rem jud. Schneid. ad § 5, I. de act. n.31.* vel contra diverſas perſonas competant *l.3. ibiq; Dd. C. ſi tut. vel. cur. interv.* vel incertum ſit utrum habeat locum, tunc enim ſubalternativè agi poteſt. *c. conſtitutus ext. h.t. Schurff cent.3. conſ.64. n.4.* D.

(*e*) Id eſt, unuſquiſque ordinarius Magiſtratus proprium tribunal & Juriſdictionem cum adminiſtratione habens, aut is, cui mandata eſt Juriſdictio *l.1. & t.t. ff. h. cum ſeqq. l.8. §.1. de alien. jud. mut. l.1. § pen. ff. de poſtul. l. fin. C. ubi & apud quem cognit. in int. reſt. de quo plenius infrà.* E.

(*f*) *l.1. & l.7. §.1. ff. h.t. l.1. ff. de minor. l.1. ff. ex quibus cauſ. major. ibiq; Weſ. n.11. & in ϖ. ff. h.t. n.5. ibi:* Impulſiva eſt æquitas cauſæ, *l.4. §.1. ff. de eo quod cert loc. Inſt. de bon. poſſ. in fine pr.* Perperàm itaq; *gl. in d.l.1. ex quib. cauſ. major.* hoc remedium contra naturalem æquitatem eſſe contendit, *Bachov. ad Tr. d.9.1. lit. a.* Quin potiùs favorabile beneficium eſt, & pro quo in dubio pronunciatur *Weſ. in ϖ. C. de reſtit. in int. min. 25. ann. n.1. Odd. d.p.1. q.15. art.6.* F.

(*g*) *L.1. ibi:* captis vel circumſcriptis *ff. h.t. l.12. §. fin. ff. quod met. cauſ. l.1. de dol. m. l.11. §.3. ff. de minor. l.1. pr. l.22. §.1. l. pen. ff. ex quib. cauſ. major. l.4. §.5. de alien. jud. mut.* Qui igitur læſi non ſunt, ex ſua vel defuncti perſona, ſed rem suam & cauſam adhuc integram habent, ſubjectum reſtitutionis in integrum non conſtituunt, *l.2. C. in quib. cauſ. reſtit. in int. neceſſ. Bocer. claſſ.6. D.7. θ.4.* Multò minus illi, qui lædunt & decipiunt alios, quoniam decipientibus Jura non ſubveniunt *l.2. ff. ad Vellejan. l.2. C. ſi min. ſe major. dix.* G.

(*h.*) *L.1.2. & 3. ff. h.t.* Nec aliter reſtitutio in integrum permittitur, quàm ſi fumus boni juris appareat, *Lancell. de attentat. p.2. c.14. n.1. & ſeqq.* Et negligentia læſi non arguatur; Jura enim vigilantibus ſubveniunt non negligentibus *l. pupillus.24. in fin. ff. quæ in fraud. cred.* Et ignaviam prætendentes audiri non oportet *l.78. §.2. ff. de leg.2.* Quippe fructus negligentiæ eſt damnum *l.2. C. de* H.

*condit.in publ. horr.lib.*10.maximè ſi ex temporis lapſu illud contrahatur, *M.Giurba deciſ.noviſſ.*60.*n.*28. Juſta autem cauſa intelligitur, quæ legibus expreſſim non eſt prohibita, *l.*1.*in fin. & l.*28.§.3.*ff. ex quib. cauſ. major.* quoniam ad unam duntaxat cauſam hoc beneficium alligatum non eſt, ſed generaliter toties impetrari ſolet, quoties æquitas poſcit *d l.*7.*ff.h.t.* quamvis certæ quædam eæque frequentiores reſtitutionum cauſæ (quas ordine paulò pòſt exſequemur ſingulas) Edicto ſint comprehenſæ, *Weſ.in* ϖ.*ff.h.n.*4.*gl.ad d. l.*1.*h.tit.noſtr. ubi eundem gallinæ pullos ſub alis congreganti aſſimilat, eò quod ſequentes ſub ſe titulos comprehendat.*

I. (*i*) Hoc eſt, in eam cauſam, in qua ante deceptionem vel læſionem erant; neq; enim vulnerata debet eſſe reſtitutio *arg. l.*2. *C.in quib.cauſ.reſt.neceſſ. l.*87.§.1.ff. *de adquirend. vel omitt. hered.l.*35 *in fin. de ſerv.præd. ruſt.* *Weſ.h.n.*5. & hoc eſt quod gl. dicit *in c.quia de elect.* Res redit ut pridem cum ſtatus redditur idem; *alleg. à Steinhauſ. in* ϖ.*ff.h.t.n.*1. Hæc verò repoſitio, pro varietate ſubjectæ rei variè modoque reſtituendi diverſo peragitur, *Weſ. h. n.*4. *quâ de re infrà theſ.*8.

## *THESIS II.*

Eſtque (*pro diverſitate ſubjecti*) alia majorum 25. annis (*a*) alia minorum (*b*) hiſq; ſimilium (*c*)

A. (*a*) *Tot.tit.ff.& C.ex quib.cauſ. major.in int.reſtit.l.*6.*& l.fin. ff.h.t.l.ult. C.de tempor. in int. reſtit.*

B. (*b*) *Tot.tit.ff. & C.de in integr. reſtit. minor.*25.*ann.*

C. (*c*) Eccleſiæ ſcilicet & Reipublicæ *c.*1.2.*&* 3.*extr.h.t.l.*4.*ff. d.t. quibus ex cauſ.major.* Illa ob abſentiam & quodvis aliud juſtum impedimentum: hæc ob infirmitatem ætatis juvenilis conceditur, ita quidem, ut hæc poſtrema reſtitutionis cauſa minorum ſit propria & peculiaris, prior verò cum reliquis, metu ſcilicet, dolo malo, juſto errore, cap. minutione &c. ſint cauſæ communes & majoribus & minoribus competentes, *Bocer. d.D.θ.*52. *& ſeq.*

## *THESIS III.*

Cauſa Efficiens *remota* Prætor eſt, qui Edictum hac de re propoſuit (*a*) Et reſtituere poteſt tàm ipſe quàm alii Magiſtratus ordinarii, certam adminiſtrationem, cui &

Juris-

Juriſdictio adhæreat, habentes (*b*) eorumque delegati (*c*) excluſis Magiſtratu municipali (*d*) Judice pedaneo (*e*) & arbitro compromiſſario (*f*) *Propinqua* eſt officium Judicis (*g*)

(*a*) *L.1.& t.tit.n* 1.§ 10 *ff. de poſtul. Weſ. in* ϖ. *ff. h. n.1. & n.6. Cujac. in* ϖ. *Cod. eod. ſuprà* θ.1. *lit. e.* A.

(*b*) Veluti præfectus urbi *l.16. §.5 ff. de minor.* præfectus prætorio *l.17. d tit.* Præſes provinciæ *l.42. ff. d.t. l.2. Cod. ubi & apud quem cognit. l.4. C. de in int. reſtit. minor.* Et generaliter omnes, qui proprium tribunal& Juriſdictionem cum adminiſtratione habent *l. fi. C. d.t. ubi & apud quem. c. pen. extr. h.t. Duar. hic. c.2.* Etiam contra propriam & æqualis vel inferioris, non verò ſuperioris ſententiam *d. l.16. & 2. ſeqq. ff. de minor.* Imò nec contra contractum, in cujus celebratione intervenerit auctoritas majoris, *ut notabiliter ex Bart. colligit Odd. q.32. art.19. n.145. Add. Gail. obſ.114 n.3.* B.

(*c*) Vel ſpecialiter (quod & veteribus non fuerat incognitum) vel ad univerſitatem cauſarum, ut videatur ipſe qui Judicem deſtinaverit, utpote pro tribunali cognoſens, in integrum dare reſtitutionem, & cauſas ejus examinare, *ceu loquitur Imper. in d. l. fin. C. ubi & apud quem cogn. Specul. de Iuriſd. omn. jud. § expedito n.17.* Hic tamen contra ſententiam propriam (niſi ex tenore commiſſionis appareat contrarium) reſtituere non poteſt, niſi adverſus interlocutoriam talem, quæ totam cauſam non abſorbeat *arg. d. l. fin. Oſterm. vol.1. D.11. θ.12. Rumelin. part.1. Pand. D.11. θ.26. & ſeqq. Odd. q.32. art.18. & ſeq.* C.

(*d*) *L.26. §.1. ff. ad municip.* quæ per *ſæpè dictam l. fin. C. ubi & apud quem.* correcta non eſt, *ut rectè Bachov. ad Tr. d. D. θ.1. lit. c.* Quamvis hæc in integrum reſtitutionis cognitio propterea non ſit ad Imperium mixtum referenda, ſed potiùs ad Jurisdictionem in ſpecie dictam, licet ſplendidiorem, *Weſ. in* ϖ. *Cod. de magiſtr. municip.* D.

(*e*) *d. l. fin. & d. c. pen. extr. h.t. l 5. ff. de re judic. junct. d. l.1. §. 10. ff de poſtul. fac. d. l.26. ad municip. l. ult. C. de pedan. Iud. ubi Acc. notat Iudicem pedaneum eſſe inferiorem aliis, ſicut pes eſt pars inferior corporis, adde omninò C. I. A. h. n.7.* E.

(*f*) *d. l. fin. ibi.* ut etiam apud compromiſſarios Judices *C. ubi* F.

*ubi & apud quem.* ne quidem ſi incidenter cognoſcat, *d.l.* quamvis aliud ſit de Jure Canon. *d.c.pen.extr.h.t.* Id quod ita declarat *Odd. d.part.1 q.32.art 8.n.78.* ut non poſſit rectà arbiter reſtituere etiã in emergentibus, ſed tantùm admittere petitioné minoris & terminum ad probandum concedere, *relatus ab Oſterm. d. loc. θ.11. fac. l.3. C.de judic. l.1. C. de ord. iud. c.3. extr. de donat. int. vir. Tr.d. θ.1. lit.c. in fin. Wurmſ. pract. obſ.lib.1. obſ.3.*

## *THESIS IV.*

Materia Reſtitutionis eſt vel ſubjectiva vel objectiva. Subjectiva, *ſive quinam poſſint in integrum reſtitui*, ſunt omnes (*a*) qui ex aliqua juſta cauſa (*b*) læſi ſunt (*c*) ita ut ſtricto jure teneantur (*d*) nec modò illimetipſi, ſed & eorum ſucceſſores (*e*) adverſus eos à quibus læſi ſunt (*f*) Objectiva ſ. *objectum* ſunt res majoris momenti (*g*) non frivolæ & levidenſes (*h*)

A. (*a*) Sive majores ſint, ſive minores *ſupr. θ.2.* cujuſcunq; dignitatis, ita ut etiam Principem ipſum, ſi læderetur pro ſua perſona citra damnum Reip. vel Imperii, & minor fuerit natu, reſtituendum velint *Zaſ. ad l.31.ff. de legib. & Luc.de Penna in l.cubicularios C.de præpoſ.ſacr. cubic. lib.12.* Sive maſculi ſive fœminæ, Eſt enim hoc Edictum generale, nec ad ſexum reſtringendum, *d. l.1. ibi.* hominibus, *h.t. arg. l.1.§.1.ff. de conſtit. pecun. l 81.ff. de leg.3.l.101. §.fin. de verb. ſignif. l.fin. C.de iur. & fact. ignor.* ſive patres, ſive filiifamiliâs, *l.3. §.4.ff.de minor.t.t. C. de filioſ. min.* ſive pagani ſive milites, in expeditione ſcilicet occupati *l. fin. & t.t. C.de reſtit. mil.* ſive ruris, ſive juris peritus, Ille quidem, quando non potuit conſulere peritiores, *Mar.d.part.6.n.86.* hoc enim omninò facere debet, ita quidem, ut, ſicut ad nemus vadit pro lignis, ita teneatur ire ad Advocatos pro habendis conſiliis, *Iaſ. ex mente Baldi in l. ſi convenerit in fin. ff. de Iuriſd.* Hic autem in iis quæ juris peritiam non concernunt cum facta plerunque etiam prudentiſſimos fallant. *l. 2. ff.de iur. & fact. ignor. l.2. §.43. verſ.turpe eſſe ff. de orig. iur. l.6.C.de muner.patrim.lib.10. l.8.§.1.ff. ad L.Aq.C. I. A. tit. de minor.25,an.θ.64.*

B. (*b*) Seu jure approbata, *d.l.1.& 2. h.t. l.26. §.9. & t.t.ff. ex quib.cauſ.maior.* non interveniente propria culpa vel facto, *l.4. & 5. & l.16. d.t. Guid.Pap. deciſ.473. Grav. conſ.225. n.7. Ref. & Correferens apud Meichſnerum deciſ.14.n.117.& ſeq. confer ſup.θ.1.lit.h.*

(*c*) Per

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0010-7

(*c*) *Per ſuperius alleg. in d. θ.1. lit. g.* Et quidem læſio requiritur non levis, nec modica, ſed gravis, magna & enormis, vel certè mediocris *l.4. ff. h.t. h. theſ. n. lit. h. & infr. θ.18. lit. q.* ſive ſit læſio damni vitandi, ſive lucri captandi, *l.7. §.6. & l. ſeq ff. de minor. l.17. §. ult. ff. ex quib. cauſ. maior.* ſive omnia adhuc in integro ſint, ſive non ſint *l. fin. C. de repud. hered. l.22. ff. de minor.* C.

(*d*) *arg. eorum, quæ ſuprà d. θ.1. lit. d. & g. ſunt dicta.* D.

(*e*) In quam rem textus eſt generalis *in l.6. ff. h. t.* ſpecialis verò de minoribus *in l.18. §. fin. l.19. & paßim ff. de minor. 25. ann.* Nec refert, ſive ſint ſui ſive extranei, *l.4. C. de temp. in int. reſtit. l.36. ff. de acquir. hered.* ubi (quod pro ſingulari notandum) reſtituitur heres ex perſona defuncti, qui ipſe non potuiſſet reſtitui *Azo in ſumm. C. de reſtit. mil. n.9.* ſive majores ſive minores, quia damnum & læſio in hereditate manent, *d.l.18. §. fin. de minor.* ſive teſtamentarii ſive legitimi, *gl. in d.l.6.* ſive fiduciarii ſive fideicommiſſarii, *d.l.6.* ſive inſtituti ſive ſubſtituti, iique tàm vulgares, ex læſione ipſius teſtatoris, quàm pupillares, etiam adverſus ea, quæ ipſe pupillus heres perperàm geſſit, vel adeundo ſaltem aut ſe immiſcendo hereditati paternæ, *argum. l.20. C. de jur. delib. Odd. d. part.1. q. 50. artic.3.* Illud tamen omninò neceſſarium eſt, ut à defuncto intra annum (hodiè quadriennium) petita fuerit reſtitutio; Nam ſi tempus iſtud prorſus elabi paſſus eſt defunctus, heres procul dubio ab hoc beneficio excludetur *l. ult. C. de temp. in int. reſtit. Mynſ. c.4. obſ.19. gl. in d.l.6. verb. non ſolùm ff. h. t.* ubi exemplum ponit in defuncto, qui potuiſſet in integrum reſtitui, & deceſſit ultimo momento, quo jus ſuum expiravit; *add. Vigel. M.I.C. lib.5. c.13. reg.3.* Sed & particulari ſucceſſori reſtitutio deneganda non eſt, putà, ceſſionario, *tex. in l.20. §.1. de tut. & rat. diſtrah. l.25. ff. de admin. tut. l.24. de minor. Weſenb. in π. C. eod. n.1.* ſuffragante Dd. regulâ, omne quod ad heredes tranſmittitur, jure ceditur, & contrà, quod eſt ceſſibile, eſt etiam tranſmiſſibile, *Ant. Fab. ad l.24. pr. de minor. Cujac. in l.6. ff. h.t.* Hinc emergit Quæſtio, utrum hoc reſtitutionis beneficium ſit reale, an verò perſonale? Placet *Treutl.* ſententia magis reale eſſe contendentis, *d. D. θ.2. lit. d. per d.l.6. h.t. & d.l.18 § fin. de minor. arg. l.68. & l.196. de reg. jur. junct. l. fin. C. de reſt. mil. C.I.A. h. θ.10. Wurmſ. lib.1. obſ. tit.25. obſ.3.* De fidejuſſoribus, an & ipſis detur reſtitutio, infrà in pertractanda reſtitutione minorũ, ubi vel præcipuè hæc movetur quæſtio, *Bach. teſte ad d. θ.2.* dicendi locus erit.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0011-3

F. (*f*) Niſi perſonæ conditio obſtet *l. fin. C. qui & adverſ. quos in int. reſtit. de qua extra ſuos terminos non porrigenda vid. infr. θ. 18. lit. o.* Nonnunquam tamen reſtitutio datur in rem, hoc eſt, contra tertium quoq; poſſeſſorem, *l. 14. §. 3. quod met. cauſ. l. 13. §. fi. & l. ſeq. ff. de minor. l. 30. §. 1. ff. ex quib. cauſ. major. C. I. A. h. n. 11. Tr. d. θ. 2. lit. d.*

G. (*g*) *Weſ. in π. ff. h. t. n. 5.* Res (intellige) ipſo jure validæ (hanc enim actus validitatem velut cauſam ſine qua non omninò ſubeſſe oportet) & quatenus in iis læſio ſeu damnum (quod quis aliâs paſſurus non fuiſſet *l. 14 §. 11. quod met. cauſ l. 41. & 44. de maior. l. 1. C. qui & advers. quos. Bocer. d. D. θ. 7.*) alienãdo, remittendo, promittendo, amittendo, non adquirendo vel quovis alio modo ex juſta cauſa illatum eſt, *l. 12. §. 2. quod met. cauſ. l. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 1. ff. de minor. l. 3. §. fin. & l. 4. §. ult. de alien. iud. mut.* adeoq; non tantùm circa dominii, ſed etiam obligationis jura verſatur reſtitutio, *l. 7. 8. 12. C. de his quæ vi met. l. 7. r. & §. 1. de minor. l. 23. ex quib. cauſ. maior. l. 6. C. de reſtit. mil. l. 4. §. 2. ff. de alien. iud. mut.* nec non circa judicia *t. t. C. ſi adv. rem iud. l. 75 ff. de iudic. l. 31. ibiq; Dd. ff. de iureiur. l. 1. C. ex quib. cauſ. mai. c. 4. extr. h. t. c. 18. de ſent. & re iud. VVurmſ. lib. 1. tit. 52. obſ. 17. n. fin. Arnold. de Rayger in proceſſ. Iudic. diſput. 13. θ. 19.* An etiam circa actum teſtandi? Negat *Hartm. Hartm. lib. 2. obſ. 2. n. 14. & 15. tit. 38.*

H. (*h*) Maximè ſi præjudicium fiat ſummæ vel cauſæ majori *l. 4. ibique gl. ff. h. t. l. 47. §. 1. ff. de minor. iunct. l. 34. ff. de ædil. Edict. c. pen. de reb. Eccl. non alien. c. 1. ibique gl in verb.* detrimentum *& c. 8. extr. h. t. c. 11. ubi gl. verb.* minimis *de appellat. fac. N. 73. c. 8. in fin. l. 38. ff. de oblig. & act. Gail. 2. obſ. 102. n. 3. & 4. Schneid. ad §. fin. Inſt. d. autor. tut. n. 14. & ad §. 28. l. de action. in petit. hered. n. 47.*

## *THESIS V.*

Forma reſtitutionis in integrum conſiſtit in Juris ordine, tempore & modo. Ordo eſt, quod regulariter (*a*) ſit agitanda in foro rei ſive illius, contra quem petitur (*b*)

A. (*a*) Quandoque enim in Conſiſtorio Principis ea petenda eſt, quippe qui adverſus libertatem, *l. 9. §. ult. iunct. l. 10. ff. de minor. l. 9. de appellat.* & ſententiam procuratorum vel vicariorum ſuorum ſolus reſtituere poteſt, *l. 1. C. ubi & apud quem cognit. ibique Cuiac. l. 18. §. 3. & 4. ff. de minor. l. 3. C. ſi adv. rem iud. c. 5. extr. h. t. C. I. A. h. θ. 24* Item ſi petatur reſtitutio contra ſententiam, coram judice, qui

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0012-9

qui eam tulit, vel ejus ſuperiori, id faciendum, *l.1. C.ſi ſæp. in int. reſtit.* Sin ab ea quis appellaſſet, & læſus ſit in eo, quod appellationem ſuam non ſit proſecutus, tunc coram Judice ad quem iſta reſtitutionis controverſia eſſet dirimenda *l. præſes 4. C. de appellat. Diſput. Colon. ſuper h.t. θ.8.* Clericum quoque Dd. communiter excipiunt, ut ſi cum Laico ipſi lis ſit, Epiſcopum adire etiam in patrimonialibus poſſit, *c. conſtitutus extr. h.t. c.5. & 9. extr. de for. compet. Mar. d. part. 6. n.10. Specul. de reſtit. in int. §. qualiter n.7.*

(*b*) *L.2. l.5. C. de juriſd. l.3. pr. ff. de alien. iud. mut. c. cum ſit generale extr. de for. compet.* & quidem communiſſimè in foro domicilii *l.2. C. ubi & apud quem cogn. Il. Vmm. diſput. ad proceſſ. 4. θ.1. n.7.* Quod ſi tamen in loco contractus minor ex lege municipali non poſſit reſtitui, inſpicietur obſervantia loci contractus, & non judicii, *per ea quæ habet Mynſ. cent. 4. obſer. 82.* Illud quoque notatu dignum, quod, ſi Reſtitutio petatur in Camera Imp. fortè adverſus tranſactionem, in cauſa non ad ipſam ſed ad Auſtregas pertinente; hiſce non obſtantib. Juriſdictio Cameræ quoad cognoſcẽdum ſuper reſtitutione ſit fundata, cum Auſtregæ ſaltem habeant locum, quando ordinarium judicis remedium intentatur, quoties autẽ nobile judicis officium imploratur, aut remedium extraordinarium proponitur, Camera & mandata ſine clauſula, pro re nata, decernere, & in integrum reſtituere poteſt, *Th. Mich. de Iuriſd. concl. 37. lit. f.* B.

*THESIS VI.*

Tempus Reſtitutioni præfinitum hodie (*a*) abolito anno utili (*b*) quadrienniũ continuum eſt (*c*) intra quod (*d*) & poſtulari (*e*) & obtineri debet (*f*)

(*a*) *L. fin. C. de temp. in int. reſtit.* Quæ tamen juris mutatio ut ad quaſvis eam trahere actiones nulla ratio ſuadet, *Dn. Locam. ad pr. Inſt. de perp. & temp. act. lit. e. Schneid. ad §. vi autem bon. rapt. 19. Inſt. de Action. n.11.* Ita nec ad omnes reſtitutionum ſpecies eſt extendenda, ſed ad eas de quibus loquitur, minorum ſcilicet, & majorum ratione abſentiæ vel alterius impedimenti, reſtringenda, *arg. l.14. ibique Cuiac. ff. quod met. cauſ. l. ult. C. de dol. l.2. §. fin. de c. minut. & l.6. de alien. iud. mut. Bachov. ad Tr. d. θ.3. lit. a.* A.

(*b*) In quo tria potiſſimùm deſiderabantur, ex parte actoris, agendi copia, rei, defendendi poteſtas, & judicis judicandi facultas *l.1. ff. de diverſ. & temp. præſcr. C.I.A. hîc. θ.26.* B.

C. (*c*) Sive principaliter, ſive per modum exceptionis vel replicationis, in judicio proponatur, *l.9. § 4. ff. de iureiur. fac. l. 8. §. 13. de inoffic. teſt. M. Giurba deciſ. 106. n. 2.* à tempore læſionis (ſubductâ ætate minori *l. 3. §. 5. l. 19. de minor. d. l. fin. iunct. l. 5. C. de temp. in int. reſtit.* legitimâ abſentiâ, vel quovis alio impedimento *l. 1. & ult. C. d. t. l. 15. §. 6. quod vi aut clàm. fac. l. 1. C. ſi per vim &c.* vacatione Eccleſiæ *c. 3. ibique gl. verb. ſubducto extr. h. t.* nec non tempore prælati alienantis donec vixit, *gl. fi. ad h. t. in 6. fac. c. ſacerdotes 16. q. 3.* Et ex communi Dd. opinione, (*licet contra veritatem theoricam*) ignorantia, *argum. cap. 1. extr. de reſtit. in int. in 6. d. l. fin. Cod. de temp. in int. reſtit. Weſ. in π. C. d. t. Gail. 2. O. 41. n. 5. & 6. Wurmſ. d. tit. 25. obſ. 4. n. 5.* ac enormiſſimâ læſione, *gl. in c. 1. h. t. in 6. cuius opinionem Socin. alleg. in Col. Diſput. θ. 20. conſ. 266. lib. 2. art. 1. affirmat omnibus ſententiis veram & communem iudicari; add. Giurb. d. deciſ. 106. nu 12. & ſeq.*) computandum: *ſæpè d. l. fin. C de temp. in int. reſtit. clem. un. extr. h. t. Ampl. & Conſult. Dn. D. Bicc. Præceptor ac Patronus meus iugiter ſuſpiciendus in Aur. Iur. Civ. Iuſtin. ſect. 5. θ. 162.* Circa computationem verò temporis heredum (quos & ipſos ex defuncti perſona reſtitui poſſe *dixi ſupr. θ. 4. lit. e.*) diſtinctè procedendum eſt, *iuxta l. 19. ff. de minor. l. 5. §. 1. & ſeqq. ibiq; Dd. C. de temp. in int. reſt. iunct. auth. ſi minor. C. d. t. C. I. A. h. θ. 30. & ſeqq. Bocer d. D. θ. 105. & ſeqq.*

D. (*d*) Niſi minori quis tempore læſus fuerit, tunc enim intra tantum tempus reſtitutio petenda eſt, quanto quis fuit læſus, *per l. 10. § 20. ff. quæ in fraud. cred. l. 15. §. 3. ibique Salycet. l. 26. §. 8. l. 28. §. 3. ff. ex quib. cauſ. major. fac. l. 2. §. fin. ibique gl. verb perpetuum ff. de alien. iud. mut. Wurmſ. pr. obſ. lib. 1. d. t. 25. obſ. 4. n. 8. Specul. de reſtit. in int. §. intra n. 1. & 4. Oſterm. d. D. θ. 29. M. Giurb. deciſ. crimin. dec. 78. n. 5.* Hinc etiam in requirendo Feudo (quamvis ipſum Jus Feudale impedito citra reſtitutionis beneficium jus ſuum conſervet) ſi poſt mortem domini aut Vaſalli, fortaſſe duo menſes eſſent lapſi, & poſteà ſuperveniret impedimentum juſtum temporis curſum impediens, ceſſante illo, ſaltem decem menſes reliqui & dies tribuentur *Roſenth. de feud. c. 6. concluſ. 97.* Et hæc circa reſtitutionem adverſus lapſum temporis, fatalium & termini probè ſunt notanda. Quamvis enim ea de re magna ſit diſſenſio *inter Canoniſtas & Legiſtas*, adeò ut utraque opinio communis dicatur, *uti videre eſt apud Odd. d. tr. part. 1. q. 19. art. 4. n. 3. Legiſtarum* tamen ſententia prævaluit,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0014-0

luit, & majoribus votis in *Camera Imper. in Reſol.dub. anno 94. exhi-
bitorum dubio.69.* recepta & poſtmodum à Statibus Imperii confir-
mata fuit, daß in reſtitutione contra lapſum fataliũ keinem mehr zeit
ad petitionem inſtituendam, als er zuvor re adhuc integra gehabt/
nachzugebẽ vnd zuzulaſſen ſein ſolle/ *iuxta Dep.* Abſch. *de An.*1600.§. Als
auch die *reſtitutiones.89.fol.33.Petr. Denais.in Iur.Cam.c.270.n.2.&ſeqq.
Tr.ſynopticus Autoris anonymi de act. in foro rectè inſt. c.15.n.57. & ſeqq.*

(*e*) Adeò quidem, ut ſi læſus remedium elegit ordina-
rium, & ſuccubuit, interim verò, dum fuit diſcuſſum ſuper illo or- E.
dinario, hoc quadriennii tempus tranſierit, extraordinariũ Reſti-
tutionis remedium (ne quidem adverſus quadriennii lapſum, quia
res iret in infinitum *teſte Giurb.d.deciſ.106.n.11.*) intentari amplius
non poſſit, *ſicut poſt Bellamer. in c.conſtitutus n.21. ext.h.t. in ſpecie deci-
dit Odd.d.p.1. q.17. art.17. n.121. verſ. Ego puto ſic.* Nonnunquam ta-
men etiam poſt elapſum quadriennium reſtitutio peti & impetra-
ri poteſt, ſi nempe rationabilis aliqua cauſa hoc ſuadeat, quod in
terminis Eccleſiæ læſæ exprimitur *in c.1.& 2. extr. de reſtit. in int. in
6.* vel pars adverſa nihil contrà oppoſuerit, *arg. l. pen.C. de pact.fac.
l.6.C de temp.in int.reſt.Tr.d.§.3. lit. e.* Nemo enim tenetur allegare,
quod timet ab adverſario opponi, & præſumptio militat pro petẽ-
te, quod adhuc ſit intra legitimum reſtitutionem petendi tempus
*l.4.C. de reſtit. minor.* eò magis, quando ex probatione primi tem-
poris, minorennitatis putâ, reſultat tacita probatio ſecundi, *Sich.
ad d.l.4.* Ideoque pars adverſa allegans contrarium probare debet,
*Mynſ. C.4. obſerv.16.*

(*f*) *Per l.5.6. & ult. C.d.t. de temp.reſtit.in int.d. clem.un.ext.* F.
*h.t. l.20. & l.39. ff. de minorib.gl.in c.2. ſuper verb. proponitur extr.de of-
fic.jud.* (Fruſtra diſſentiente *Bach.* & cum ipſo *Giurb.d.deciſ.106.n.8.*
quando ceptâ intra quadriennium reſtitutionis controverſiâ, pòſt
triennium *ex l.13. C. de judic.* vel aliud ſeu longius ſeu brevius tem-
pus juxta loci conſuetudinem, prout cæteris in cauſis, currere con-
tendunt, *contrà text. expreſſos modò allegatos.*) Niſi vel dilatio judi-
cialis diverſum ſuadeat, & per petentem non ſtet, quò minus lis in-
tra ſtatutum tempus inchoetur vel finiatur, *d.l.6 & d. clem. fac. l.
38.& ſeq. ff de excuſ. tut. l.15. §.6. ff. quod vi a. clàm gl. in c. tùm ex literis
ſ. verb. ſententia extr. h.t.* Vel aliud de ſtylo forenſi ſit receptum,
prout *in Camera* hoc quadriennii tempus, perinde ut nec triennii,

non obſervari atteſtatur *Mynſ. c.1. obſer.51.* Et hæc omnia reſtringunt Dd. ad officium judicis reſcindens, *Thilm. de Benign. ſynt.4.deciſ.1. vol.6. n.18.* Reſciſſorium enim & hodiè annale eſſe pleriſq; placuit, *vid. infr. θ.19. lit.L.*

## *THESIS VII.*

Modus conſideratur vel in petendo, vel in cognoſcendo, vel in pronunciando. Petitio fiat ſemel (*a*) & humiliter (*b*) Cognitio ſolenniter (*c*) Pronunciatio actualiter (*d*)

A. (*a*) Nec enim reſtitutio reſtitutionis in una eademque cauſa dari ſolet, *arg. l.7.§.9. ff. de minor. & l.2. §.10. ad Tertyll.* ſicut denegata quoque ſemel fruſtrà amplius petitur *tot. tit. C. ſi ſæpius in int. reſtit. poſt.* niſi ex nova cauſa vel ſuper diverſo articulo petatur *l.2. & l.ult. C. d. tit. fac. Ord. Cam. p.3. tit.52.* ſive de novo cauſa illa emerſerit *contrà gl. in c. ult. ext. h. t.* ſive anteà extiterit, & hoc rurſus, ſive non allegata, ſive allegata quidem, ſed nō probata fuerit, *gl. ad d.l.7.§.9. de minor. Azo. ad d.t. C. ſi ſæpiùs & c.n.2. Bach. ad Tr. d. D. θ.1. lit. E.* A ſentētia tamen, quâ reſtitutio denegatur, appellari, & ad appellādum minor reſtitui poteſt, *l.38. ff. de minor. d.l.1. C. ſi ſæpius. ibiq; Duar.* Quid autem, ſi appellationi non detur locus, ut in *Camera Imper.* Numquid Reviſio à denegata reſtitutione adverſus ſententiam ab ipſa latam, peti & obtineri poterit? *Affirmativam* uti non obſcurè tuetur *Receſſ. Deput. Ann.* 1600. §. als auch ſtreit. 149. ubi diſponitur, quod in puncto liquidationis, non obſtante reviſione in caſu reſtitutionis in integrum denunciatâ, victor liberè procedere poſſit, id quod neceſſariò præſupponit, à denegata reſtitutione reviſionem rectè peti, cum quælibet diſpoſitio in terminis habilibus debeat intelligi *l. ſi quando* 109. *de leg.* 1. Ita clarioribus eadem præjudiciis notabiliter fuit confirmata In Sachen D. Willers cont. Ritterin Mand. de dimitt. hypoth. Mezenhauſen cont. Mezenhauſen mandati ad edend. legit. Invent. & reddend. ration. nec ita pridem in Sachen Stopler cont. Hamſtett tertiæ appellationis. *Add. Ch. Schvvanm. d. lib.1. c.75. n.27. & ſeq. ubi ex Rutg. Rul. de commiſſar. part.3. lib 9. c.18. n.10. §. tertiò reſtitutio refert*, petitâ reſtitutione eaque non obtentâ locum non facilè eſſe reviſioni, nec aliter reſtitutionem fieri, quàm cum renunciatione reviſionis, *quod ipſum tamen aliis d. loc. committit. Idem obſ.182. n.2.*

(*b*) cap.

(b) c. conſtitutus. 8. ibi: exhibitâ nobis petitione, & ibi: quare ſupplicavit ext. h.t.l.35.ff. de ſerv. præd. ruſt. implorando ſcilicet Judicis officium ut vel ex cognitione ſuâ, ſive, ut Dd. vulgò loqui amant, nobili & mero officio reſtituat l.1.§.1. l.24.§.fin. ff. de minor. c. fin. extr. de offic. jud. c.5. ibique gl. ext. h t. gl. ead. in clem. un. ext. h. t. C.I.A.h.θ.18. vel beneficio datæ actionis, ex cauſa metus, doli &c. gl. ad c.1. extr. h t. Bart. in l. nam poſteà §. ſi minor ff. de jurejur. Petitio autem iſta inſtituitur vel à partibus ipſis, vel earum procuratoribus, l. un. C. etiam per Procurat. cauſ. in int. reſt. mandatū ſcilicet ſpeciale, l.25. §.1. ff. de minor. c.7. extr. h.t. ibique gl. (niſi reſtitutio petatur incidenter gl. in d.c.6. ubi rationem annectit extr. h. t. Wurmſ. d. lib.1. tit 5. obſ.9. n.2. & tit.25. obſ.2. Mynſ. c.2. obſ.26. ubi præjudiciis idipſum firmat n.4. & Dd. comm. ad d.l.25.) vel generale cum libera, cui expreſſio (permiſſiva, non exceptiva) aliquot articulorum ſpeciale mandatum exigentium ſubſequēte clauſula generali, æquiparatur, habentibus, c. qui ad agend. 4. ext. de procur. in 6. l.58. & l.59. ff. eod. Cauſam tamen, contra vel ob quam petitur reſtitutio, ſpecificè inſertam eſſe procuratorio neceſſe non eſt, Dn. Harpr. ad pr. I. de iis per quos ager. n.28. & ſeq. C.I.A. h. θ.15. Pater quoque l.27. pr. d.t. de minor. tutor, curator, œconomi, Prælatus, aliiq; patrimonii alieni adminiſtratores abſque ſpeciali mandato reſtitutionem petere poſſunt, Mynſ. d. loc. gl. in clem. verb. ab Eccleſia ext. h.t. Weſ. in ϖ. C. de reſtit. min. n.3. & ad d. tit. C. etiam per procur. ut & agnati in caſu d.l.27. §.1. ff. de minor. fac. l.4. C. de inoff. donat. Denique reſtitutio peti poteſt vel principaliter, vel incidenter per modum exceptionis ſive replicationis, ut & ſupr. attigimus θ. præced. lit. c.

(c) L.2. C. ſi adv. cred. hoc eſt, ſervato juris ordine, c.2. de offic. jud. Gail. 1. obſ.143. in fin. Weſ. in ϖ. C. de his quæ vi. n.6. C.I.A.h.θ.25. C.
Requiritur ergò CITATIO partis adverſæ & eorū qui contradicere poſſunt l.13. & l.14. §.1. l.29. §.f. de minor. l.1. in fin. C. ſi adverſ. dot. auth. ſi omnes C. ſi min. ab hered. fac. l.39. ff. de adopt. gl. in c.1. verb. conſtiterit & c.5. (ubi ratio in verſ. tandem, deſumta ex l. ult. C. ſi per vim) ext. h.t. c.8. de major. & obed. Dep. Abſch. de an. 1600 §. Demnach auch. ibi: citra medium reſtitutionis cauſa cognita & auditis partibus, f.33. Et hæc, de ſtylo & proceſſu Cameræ, procul dubio vera ſunt, quando adverſus definitivā petitur reſtitutio: Gail. d. loc. Ord. Cam. d. part. 3. t. 52. Mynſ. c.1. obſ.49. Sin adverſus interlocutoriā petatur, Procuratore ex adverſo

apud

apud acta exiſtente, per novam citationem res non differatur, ſed ilicò intra legitimum tempus petitio proponatur, & id quidem arbitrio petentis (Judiciali tamen ſalvo) vel articulatim vel ſummariè *d. Dep.* Abſch. §. wann gegen einer ꝛc. *fol.* 45. ſed & in caſibus deſertæ appellationis, vel aliâs adverſus lapſum termini & fataliũ petitæ reſtitutionis, ſiquidem cauſæ ſint relevantes & Judici notæ, vel quæ in continenti probari documentis poſſint, *brevi manu* (ut vocant) ea decernitur, & tùm ſine ullis ambagibus læſus in priſtinum ſtatum ex generali illa clauſula, ſi qua mihi juſta videbitur cauſa, reſtituitur; *Ita in an.* 1642. 11. *Iul. in cauſa* Hennings von Wolten ſeel. Erben cont. Koch. Erben *appellat.* mediante reſtitutione in integrum, brevi manu in uno proceſſu *cit. inhib. & compulſoriales* fuerunt decretæ. Si verò cauſæ non ſint notoriæ, quæ tamen probatæ relevarent, *citatio ad vid. ſe reſtitui* decernitur, quâ reproductâ, ſummariè tantùm in puncto reſtitutionis proceditur, Juriſdictio enim quoad cauſam principalem, propter deſertionem nõ eſt fundata, antequàm punctus reſtitutionis ſit deciſus, *Gail. d. lib.* 1. *obſ.* 143. *per tot. Mynſ.* C. 5. *obſ.* 98. *d. Dep.* Abſch. §. Denach auch/ *Tennagel de decern. proceß. cl.* 4. *c.* 13. Libellus, *arg. l.* 3. *ff. h. t. junct. l.* 9. § 1. *de off. proconſ. l. un. ibi:* an veritas *C. ſi adv. dot. Pract. Pap. t.* 41. *gl.* 1. *n.* 2. *Sich. in l. non videtur n.* 7. C. *de reſtit. in int. minor.* niſi reſtitutio & hîc petatur incidenter, tunc enim libellus neceſſarius non eſt, niſi in formam petitionis ad informationem Judicis, *Spec. lib.* 1. *partic.* 1. *de offic. omn. jud. § incidenter. n.* 3. *&* 4. *& de reſt. in int. Rubr. quis poſſ. in int. reſtit. n.* 39. Litis Contestatio, *Panorm. in c. ex literis ext. h. t. Odd. d. p.* 1. *q.* 95. *artic.* 9. *l.* 34. *ff. de minor. l. ult.* C. *de temp. in int. reſtit.* Modò utraq; pars ſit præſens, nam ſi pars altera abſens eſt per contumaciam lite non conteſtata, Judex procedere & de reſtitutionis cauſa adverſus ſententiam latam cognoſcere non poteſt *c.* 3. *& t. tit. extr. ut lit. non conteſtat. c.* 10. *de offic. iud. deleg. gl. ad c. fin. extr. de off. iud. l. fin. §. illud.* C. *de appell. Pan. d. loc. Mynſ. c.* 1. *obſ.* 49. *ubi præjudicio hoc ipſum corroborat.* Fallit in caſu *auth. ſi omnes* C. *ſi min. ſe ab hered. abſt.* & ſi reſtitutio principaliter non petatur *d. c. fin. ibiq; gl. de off. jud.* Causæ Cognitio *l.* 3. *l.* 5. *h. t. l.* 10. *& l.* 16. *de minor. gl. ad §.* 33. *Inſt. de act.* eaque plena, *c.* 1. *verb.* manifeſtò appar. *extr. h. t. & c. ex literis eod. Mynſ. d. cent.* 1. *obſ.* 49. *in fin.* non ſemiplena & ſummaria, niſi in reſtitutione incidenter petita, ſcilicet ad actum aliquem judicii, & tale quid, quod non elidat

negocium

negociũ principale, *ut rectè Sf. Odd.d. p.1.q.34.art.6. Tr.d.D.θ.2. Mauric. d.tr.c.193. Myn ſ.c 4.obſ.21.* Verſatur autem in cauſæ cognitione, an læſo viâ ordinariâ poſſit eſſe conſultum *l.25.de minor.l.5. de dol.* an læſio vel damnum ſit rei modicæ vel minimæ, per quam majori de facili poſſit præjudicari *l. 4.ff.h.t.* an impetrans adeſſe fiduciam negotio putet, *ut habent verba l.1 C.de offic.ejus qui vi c.&c.* hoc eſt, an cauſa reſtitutionis petitæ ſit vera & juſta *d.l 3.ff.h.t.Ord.Cam d.part.3. t.52.ibi* auß newē vnrechtmeſſigen vñ vnerheblichen Vrſachen. Utrumque enim concurrere oportet, ſcilicet juſtitiã ſive relevantiam, & veritatẽ cauſarum ad hoc ut reſtitutio obtineat, *notante Bart. in d.l. 3.n.1. ff.h.t. Meichſn.d deciſ.14. n.143 tom.3.* Hinc ſi quis fortè proponeret cauſas, quas Judex ex primo capite, nimirum Iniustitia, eò quod injuſtæ vel manifeſtò frivolæ eſſent non admitteret, etiam poſito, quod eſſent veræ in facto, Judex non gravaret allegantem *Bart. d.loc. nu.2.* neque enim debet admitti ad probandum, quod probatum non relevat, *vulg. l.21. Cod. de probat.* At ſi cauſæ forent juſtæ, ſi veræ eſſent, ad probandũ procul dubio, præviâ partis oblatione admittuntur; nec aliter reſtitutio ſolet indulgeri, quàm cauſa læſionis fuerit probata, (*ut mox dicemus.*) An in totum ſit facienda reſtitutio nec ne, & ad quem modum, *l. ult. ff.h.t. Duar. h.c.4.* Et ſi quæ ſunt alia, ex quibus Judex prudens & diſcretus animi ſui motum formare poteſt & debet, ad reſtitutionem vel dandam vel denegandam, *ex præſcripto Spec.d tit. de reſtit.in int.§.ultimò n.5.* ſit igitur (*inquientis*) Judex cautus & juſtus, nec nimis in dando promtus, nec in negando durus. Probatio Laesionis ex cauſa juſta, *cap.1.c.ex literis extr. h.t.l.7.l.9. C. de his quæ vi l.6. C. de dol.l.4.5.C. de reſtit. in int.min.l.1.C.ſi adv.dot.l.9. §.4.de jurejur.* in quo enim fundamentum intentionis ſuæ aliquis collocat illud utiq; comprobare tenetur, *arg.l.39.de min l.2.& l.19. ff. de probat.l.13 C.de tranſact.* eaq; pleniſſima, *Tilm. de Benign. d.ſynt. 4.dec.1.vol.6.n.11.* ſiquidem petatur reſtitutio adverſus ſententiã in meritis, *text. l.fin.C.ſi min.ſe major. d.l.9 §.4. de jurej.* adeò ut articulus iſte reſtitutionis tanquam præjudicialis priùs ſit decidendus, & ſeparatim cum aliquo temporis intervallo, quàm cauſæ principalis merita cognoſcenda *Giurb deciſ.33.per tot.* At ſi articulus petitæ reſtitutionis ſit talis, ut audiatur ad appellandum vel deſertam appellationem proſequendam; tunc ſatis eſt, ſi de bono jure ſuo

ſemiplenè ſaltem edoceat, læſionis fumum oſtendens; *Idem Giurb. deciſ.18. n.14.* Fallit ut probatione opus non ſit, ſi ex ipſius actus facie reſultet læſio, *vid. infr. θ.17. lit g.* Quid autem ſi præſumtio juris & de jure contra petentem reſtitutioné militaret, quod non ſit læſus; numquid ad probandam læſionem nihilominus admittetur? Affirm. *Odd. q.36. art.1. arg. l.11. pr. de exc. rei judic. l.30 ff. de teſtam. tut. Weſ. in π. ff. de probat. n.16.* Et denique SENTENTIA ſive pronunciatio, *l.14 §. f. ff. quod met. cauſ. l. 18. ff. de dol.*

(*d*) Hoc eſt per verba præſentis temporis, nec ſufficit, ſi ſimpliciter reſtituendum aliqué, Judex dicat, *Arn. de Reyger d. D. θ.21. C. I. A. h. θ.23.*

## THESIS VIII.

Finis eſt, ut ſubveniatur iis, qui vel facilitate ſua, vel calliditate adverſarii, vel aliâs non ſuâ culpâ læſi ſunt.

*Weſ. in π. ff. h. t. n.5. l.1. & 2. d. t. l.1. ff. de minor. l.1. & l.26. §.7. ff. ex quib. cauſ. major.* ne ſcilicet ſimplicitas & imprudentia iſtis ſit damnoſa, his verò malitia ſua lucroſa *d. l.1. de dol.* vel aliàs ex alterius facto deterior conditio noſtra fiat, *contra l.74. de Reg. Iur. l.1. pr. de alien. jud. mut. l.14. de condict. ind. l.6. §.1. ff. de jur. dot.*

## THESIS IX.

Effectus reſtitutionis in integrũ, *ratione diverſorum reſpectuum*, eſt vel necdum petitę, vel petitæ, at nondũ obtentæ, vel impetratæ. *Necdũ petitæ*, quod nemo videatur re excluſus, quem Prætor in integrum ſe reſtiturũ pollicetur.

*L.5. ff. h. t. l.9. §.6. ff. quod met. cauſ. & l.3. C. eod. l.9. pr. de minor. l.15. de reg. jur. & l.14. §.1. ff. de verb. ſign.* adeoque licitè inibitur tranſactio adverſus rem judicatam timore futuræ litis, quæ ex capite reſtitutionis moveri poterat, *arg. l.32. C. de tranſact. Oſterm. d. D. θ.52.* Sed nec in effectu videtur obligatus eſſe, qui reſtitui poteſt *per tex. l.8. §. fin. ff ad SC. Vellejan.* Quamvis ſubſtitutio (cui regulariter locus non eſt, niſi de non exiſtentia heredis certò conſtet) minore qui reſtitui poteſt, ſe abſtinente vel repudiante hereditatem, propterea non impediatur, uti nec addictio bonorum libertatum conſervandarum cauſa *l.7. § 10 & l.24. §.2. de minor. § 5. Inſt. de eo cui lib. cauſ. bon. add. & l.4. §.1 ff. de fideicom. lib. Add. Azon. ad tit. C. de fidej. min.*

## THESIS X.

Effectus Reſtitutionis *petitæ & adhuc pendentis eſt,* quod

quod omnia in ſuo ſtatu eſſe & manere debeant, donec
res finiatur.

*L. un. C. in int. reſtit. poſtul. ne quid nov. rubr. & tot. tit. ff. nihil in-
nov. appell. pend. & c. ut. lit. pend. junct. l. 42. ff. de minor.* Cui conſequens
eſt, quod Executionem ſententiæ quoque impediat (*quamvis de
conſuetudine id non obſervari referat Althuſ. in dicæolog. lib. 3. c. 56. n. 54.*)
*text. ad broccam in l. 32. C. de tranſact. c. ſuſcitata extr. h. t. Ord. Cam. d.
part. 3. tit. 52. argum. à contrario ſenſu ducto,* diſpoſitum enim in ſenſu
directo, arguit oppoſitũ in ſenſu contrario, *l. 1. de offic. ejus cui mand.*
Etiamſi 1. requireret altiorem indaginem *Scacc. in tr. de appell.
quæſt. 19. remed. 2. n. 64. 72. 76. Fachin. controv. lib. 12. c. 17. Em. à Rosb. in pr.
civ. tit. ult. n. ult. Mynſ. c. 6. obſ.* 80. ubi in judicando ab hac opinione
recedendum eſſe negat, cum habeat effectum ſuſpenſivum & cau-
ſet attentata, quæ propterea etiam per viam attẽtatorum revocan-
tur, *Lancell. in tr. de innov. & attent. part. 2. c. 18. n. 14 & de reſtitut. in int.
n. 10. & ſeq. Berlich. in deciſ. aureis. part. 2. deciſ. 179. per tot. Veſtrius in
prax. Rom. lib. 8. de reſtit. in int. f. 198 Brederod. tract. de appell. part. 2. t. 8.
p. 209* Etiamſi 2. inſtrumentum eſſet confeſſatum & guarentigia-
tum, *Odd. q. 42. art. 6.* vel 3. ante reſtitutionem poſtulatam execu-
tio jam fuiſſet petita, *Fach. d. l. c. 19.* modò nõdum cepta vel perfecta,
quippe quæ retractari non poſſet, *Lancell. d. l. n. 117. Odd. d. part. 1. q.
43. art. 6.* niſi petita eſſet reſtitutio ad appellandum; hoc enim caſu
Executio jam facta vel incepta ante petitionem reſtitutionis revo-
ri poteſt, *Idem Odd. d. part. 1. q. 42. art. 7. quamvis contrariũ velit M Giurb.
deciſ. noviſſ. 18. n. 15.* ubi literas ad deſertã appellationem proſequen-
dam non alium docet operari effectum, niſi habilitativum ad pro-
ſequendum, non autẽ retractativum poſſeſſionis legitimè per acto-
rem ceptæ, allegans ſibi conſentientẽ *Bart. in l. conſentan. n. 15. C. quo-
modo & quando jud.* Imò etiamſi oblata & præſtita fuerit cautio ju-
ſta, ſi bona fides petentis eſt evidens, *Odd. q. 40. art. 5. n. 81.* Fallit ita-
que ſi calumnia petentis ſit manifeſta, quoniam tunc ad executio-
nem proceditur etiam ſine cautione *d. part. 3. Ord. Cam. t. 52. Denaiſ.
Iur. Cam. t. 270. num. 1.* Vel certè contra petentem præſumtiònes
ſint, malo animo & cauſa impediendi effectum ſentẽtiæ reſtitutio-
nem peti quia tunc executioni præviâ cautione idonea locus eſt,
*ſecund. d. c. ſuſcit. extr. h. t.* niſi executio contineret irretractabile
præjudicium, puta, quod tractetur de incarcerando, vel affligendo

aliquem in corpus, *Marant. d. part. 6. de appell. n. 98* vel aliâs per cautionem non poſſet provideri juri illius, contra quem fit executio, Tunc enim omninò & indiſtinctè per petitam reſtitutionem in integrum impedietur executio, *Maur. d. tr. c. 30 & c. 269 Odd. q 43. art. ult. Mynſ. d. obſ. 80. & c. 1. obſ. 48. Tuſch. pract. concl. 293. n 32. C. l. 4. h. θ. 36. & ſeq.*

## *THESIS XI.*

Effectus Reſtitutionis *impetratæ ſeu obtentæ eſt*, quod tantum reſarciat, quantum abſtulerat læſio (*a*) ita quidem ut quilibet (*b*) jus ſuum integrum ac plenum cum omni cauſa, fructibus & uſuris (*c*) recipiat (*d*) & æqualitas quoad ejus fieri poteſt ſervetur (*e*)

A. (*a*) *L. 2. C. in quib. cauſ. reſtit. in int. l. 24. §. 4. de minor. l. 26. §. 8. ff. ex quib. cauſ. major. Wurmſ. lib. 1. t. 25. obſ. 4. n. 7. Gail. 1. obſ. 114. n. 2.*

B. (*b*) Eſt enim omnis reſtitutio in integrum reciproca (niſi diverſa ſint negocia quæ nihil commune habent cum eo, quo aliquis eſt læſus, *l. 28. ff. de minorib.*) aut iniquiſſima, ſi ex uno tantū latere reſtituat rem, *inquit Cujac. ad tit. C. de reput. quæ fiunt. in jud. in int. reſtit. c. 1. ibiq; Dd. extr. h. t.* Hinc etiam collitiganti communis eſt, ut & ipſe poſſit uti reſtitutione minori conceſſa, *Spec tit. de dilat §. videndum n. 14. Afflict. deciſ. 210. in fin. l. 6. §. 1. C. de temp. in int. reſt.* modò utatur ſuper eodem capitulo vel connexo, non autem ſuper diverſis *d. l. 28. & l. 29. §. 1. de minor. Azo in ſumma C. h. t. verſic pen.* fallit quando minor eſt læſus dolo adverſarii, *Affl. d. deciſ. 210. n. 6.*

C. (*c*) *L. 9. §. pen. & ult. cum 3 ll. ſeqq quod met. cauſ. l. 5. C. eod. l. 8. ff. de alien. jud. mut. l. 7. §. 6. l. 24. § 4. de minor. l. 26. § 5. & 6. ff. ex quib. cauſ. major.* Reſtitutionis enim verbum pleniſſimā habet ſignificationem, *ut ſup. θ. 1. dict. l. 22. l. 35. 75. & l. fin. ff. de verb. ſig. ibiq; Gœdd. Gail. 2. O. 75 n. 8.* Quod tamen in fructibus ita demum procedit, ſi extent, aut, ſi conſumti, locupletior inde ſit factus b. f. poſſeſſor, quod etiā tunc verificatur, quando in aliam rem eos convertos eſſe conſtat *l. 71. & ſeq ff. de leg. 2 Giurb. d. deciſ. 89. n. 15 28. & ſeqq.*

D. (*d*) Adeò ut *ex traditis Sich ad l. 1. C de condict. ind.* reſtitutus adverſus ſententiam, id quod vigore ejus ſolvit, tanquam indebitum ſententiâ ampliùs non obſtante, condicere poſſit. Reſtitutum verò jus non eſt directū, quod ſemel Jure Civ. ademtū videtur ſed

utile

utile *l.25.pr.l.ult.C.ex quib.cauſ.major. Althuſ. dicæol. lib.1 c.107.n.19. conf. omninò θ.20. lit.b. & i.*

(*e*) Sicut enim in integrum reſtituendus in damno verſari non debet, ita nec in lucro cum alterius damno *l.un.C.d.tit. de reput. quæ fiunt &c. l.18. de dol.l.22. l 29. ex quib. cauſ major l.27.§.1. l.39.§.1. de minor l.32. §.4 de admin tut. l.39. de eviction* Caſus ſpecialis eſt *in l.pen.C de his quæ vi met.* & limitatio notabilis *in l 98 §.:. de ſolut l.48.§ 1. de fidejuſſ. Mynſ. ad §.3. Inſt. de novat n.7.* Ad effectum reſtitutionis pertinere videtur & illud, quod extendatur ad litis ejuſdem conſortes, in rebus & cauſis ſui naturâ individuis, *arg.l.10. ff. quem. ſerv. amitt. l.10.§. fin. de appell l 1 2. C. ſi unus ex plur. app. Tr.d. D.θ.2. lit. d.* Secus igitur in re dividua, etiamſi litis conſors eſſet & ipſe minor *l.un.C. ſi in comm. ead. cauſ reſtit. Bach. ad Tr.d. loc. Feudiſtæ* hoc inducunt ad caſum, quo unus filius ſit minor, alter major, & neuter debito tempore petierit inveſtituram in feudo indiviſo, ut hic propter illum quoque excuſetur, *id quod in medio relinquit Roſ. de feud. d.c.6. concluſ.69.*

## *THESIS XII.*

Contraria uti ſingulas reſtitutionum ſpecies pervagantur; ita ex ſubjecta ſpecialiori tractatione nullo negocio colligere licet. Affinia ſunt reſtitutiones natalium (*a*) gratiæ (*b*) actiones reſtitutoriæ juris communis (*c*) revocatoriæ (*d*) redhibitio (*e*) remedia oppugnandi ſententias (*f*) reductio ad arbitrium boni viri (*g*) &c.

(*a*) *tot.t.ff.& C. de nat. reſtit.* (*b*) *t.t.ff.& C de ſent. paſſ. ſup. θ.1. lit.a.* (*c*) *alleg θ.1. lit.a* (*d*) ut Pauliana *t.t. ff.& C. quæ in fraud. cred.* Fav. & Calviſiana *t.t.ff.& C. ſi quid in fraud. patr.* Item feudi revocatoria *c.1.§. Titius ſi de feud def. content. 2.F.26.* (*e*) quæ propterea indigitatur quaſi quædam in integrum reſtitutio, *in l.23 § 7. & § 8. ff. de ædil. Ed. l.43.§.5. & l.60.ff. eod.* (*f*) ut appellatio *l.42. de minor. l.1. & 2.C. ſi ſæp. in int. reſtl.. fin. ff.h.t.* ſupplicatio *l.1. & auth. quæ ſupplicat. C. de prec. Imp. offer.* quæſtio nullitatis, cum qua reſtitutio in uno libello alternativè cumulari poteſt, *c. conſtitut. extr. h.t. Mynſ. c.2. obſ.25. Schurff. conſ.164. n.5.c.3. & Weſ. p.1 conſ 6. n.226.* (*g*) *l.76.§.1.ff. pro ſoc. l.32.§ 14. ff de recept. arb. Gail 1. O.149. & ſeq.*

## *THESIS XIII.*

Præmiſſam modò Tractationem *generalem* excipit

*ſpecialior*, de capitibus ſive cauſis reſtitutionum frequentioribus Edicto comprehenſis *(a)* Et primo quidem loco ſeſe offert METUS, *(b)* quem paſſo Prætor dat actionem & exceptionem *(d)*

A. *(a)* *Weſ. in π. ff. h.t.n.4. add quæ ſupr. notat. ad θ.1. lit. h. & θ.2.*

B. *(b)* Qui deſcribitur *in l.1. ff. quod met. cauſ.* quod ſit inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio, & VIM quoq; COMPULSIVAM *(de reliquis violentiarum ſpeciebus conſul. Schn. ad §.25. n.35. I. de act. & gl. ad l.1. verb. perſecutionem C.d.t. de his quæ vi met. cauſ.)* quoad hoc Edictum & juſtam reſtituendi cauſam in ſe continet *l. 3. pr. & l.9. in fin. h.t.* licet vis & metus propriè & accuratè cum Philoſophis loquendo inter ſe differãt; *d.l.1. cum 2. ſeqq. ff. h t. rubr. C. eod. c. ſacris. 5. extr. h.t. Weſ. in π. ff. n.2. & Cod. n.3. d.t. Cujac. ibid.*

C. *(c)* *D. l.1. pr. ibi.* ait prætor, quod metus cauſa geſtum eſt, ratum non habebo quã aientis vocem *Bald. ſuper rubr. d.t.* dicit eſſe vocem Dei, quam poſuit in ore prætoris, ad demonſtrandam ſummam Edicti hujus æquitatem, *Duar. h. Add. Azon. in ſumm. C. h.t. lit. a.*

D. *(d)* Cùm ad retractandum & reſcindendum id, quod metu geſtum eſt, quo nomine prodita actio tàm vetus eaque utilis, quàm nova ex Edicto, quod metus cauſa, *l.9. §.3. ff. h.t.* tùm ad ſe defendendum, idque *(regulariter & ordinariè arg. d.l.9.)* beneficio exceptionis, *d.l.9.* quæ ejuſdem cum actione indolis eſt, *arg. l.4. §. pen. ff. de dol. mal. & met. except.*

## *THESIS XIV.*

Eſt autem Actio quod metus cauſa *(a)* Prætoria *(b)* perſonalis *(c)* in rem ſcripta *(d)* arbitraria *(e)* quâ ob juſti *(f)* metus *(g)* incuſſionem *(h)* damnum *(i)* paſſus *(k)* ab eo *(l)* qui metum intulit *(m)* vel quocunque poſſeſſore alio *(n)* reſtitutionem *(o)* rei extortæ *(p)* arbitrio Judicis *(q)* & niſi ea fiat *(r)* intra annum utilem *(s)* in quadruplum *(t)* poſt annum cauſa cognita *(u)* in ſimplum *(w)* illos condemnari petit *(x)*

A. *(a)* A primis edicti verbis ſic denominata *l.1. ff. h.t. gl. in ſummar. verb. abſol. in 6. eod. conf* § *9. & ſeqq. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. l.1.* §. *1. quor. bon. l.1. pr. quod legator &c.*

B. *(b)* Cum enim de Jute Civili contractus, ſive bonæ fidei ſive

ſtricti juris, vi metuve factus quaſi conſenſu initus valeret, & coacta quoque voluntas pro voluntate reputaretur, *l. 21. §. 5. h. t. c. meritò 15. q. 1. unde verſus*, ſicque volens factus, quod nollem velle coactus, *gl. ibid. & Azo in ſumm. C. h. t.* Prætor æquitatis cuſtos extraordinario hoc auxilio ad temperandũ iſtum Juris Civ. rigorem, læſis ſubvenire voluit. *Weſ. in π. h n. 1. gl. in c. abbas extr. h. t. ubi in verb.* coactus caſus aliquot, quibus metu facta ipſo jure nulla ſint, ſequentibus complectitur rythmis;

*Tutor, judicium, dos, ſacrum, copula, votum*
*Hæc ſex vi facta, de jure ſcias fore nulla*
*Cætera jus patitur, ſed poſteà reſtituentur.*

*l. 1. §. fin. & l. ſeq ff. de auth. tut. l. 2. in fin. pr. ff. de iud. l. 21. §. 3. ff. h. t. c. un. extr. eod. in 6. l. 14. C. de nupt. l. 134. ff. de V. O. c. 14 & 15. de ſponſal. c. ſi verum 31. q 2. c. ſignificavit extr. de eo qui dux. in matrim. Gail. 2. O. 93. n. 6. Weſ. in π. d. n. 5. in fin add. l pen. ff. h. t. ubi extorſio à detruſo in carcerem facta ipſo iure nulla eſt; Azo d. loc.*

(*c*) Origine ſcilicet & vi, cum ſit ex delicto, §. 31. *Inſtit. de action.* Volenti tamen parata quoque eſt (*electivè non cumulativè*) actio utilis in rem vel in perſonam, reſciſsâ acceptilatione vel alia liberatione *d. l. 9. § 4. ibiq; Duar. & §. 6. l. 21. §. fin. ff. h. t. l. 3. C. eod. ibique Sichard.* C.

(*d*) *L. 9. §. 8. h. t. junct. l. 4. §. pen. de dol. m. except.* tùm quod ſcriptura Edicti ſit in rem, hoc eſt, generaliter concepta, *d. l. 1. h. t. Weſ. h. n. 4.* tùm ratione effectus, quod rem ſequatur etiam apud tertium poſſeſſorem, *l. 13. §. 3. h. t.* Nec tamen propterea *cum Tr. d. D. 9. 5. lit. a.* eam mixtã eſſe dicendũ eſt, niſi in oppoſitione ad actiones merè pœnales, *text. in l. 14. §. 9. cum ſeqq. ff. h. t. conf. inf. lit. s.* D.

(*e*) Quia à Judicis arbitrio pendet, ita, ut ſi huic ſatisfiat, abſolutio; ſin minùs, gravior ſequatur condemnatio; §. 31. *Inſt. de action. d l. 14. § 1. & ff. h. t.* E.

(*f*) Intellige, non jure licito & juſtè illati *l. 12. §. 1. l. 14. pr. h. t. junct. l. 3. de Iuſt. & Iur.* qualis eſt metus carceris juſti & publici *l. 3. §. 1. l. 31. pr. h. t.* captivitatis bellicæ ampliùs duraturæ, ſi quis pretium eo nomine pro redemtione promiſerit, *l. 21. de neg. geſt.* ſubeundæ mortis, (ſtante ſcilicet conſuetudine & lege, damnatum, ſi N. in uxorem duxerit, ſupplicio eximente) *arg. l. 21. h. t.* Sed Justi, hoc eſt, talis, qualem Edictum Prætoris, ut actioni quod metus F.

poſſit

poſſit eſſe locus requirit, *text. in l.7. § 1. ff. h.t.* Debet itaque metus eſſe 1. PRÆSENS, *l.9. pr. h. t.* ſuſpicione vel comminatione de vi inferenda non ſufficiente, *d l 9. & l.9.* ubi ratio *C. eod.* niſi capitales ſint minæ & ab eo qui exſequi ſolet, (nam eluſoria non ſunt timenda, & vana eſt ſine viribus ira, *l.4 ff. ſi cui plus quàm per L. Falcid. Gail. lib.1. de P.P. c.2. n.10*) effuſæ, *l.7. C.d.t.l.ult. § 1 ff eod. Weſ. in ϖ.h. n.3. gl. addit. in l.3. ff. ex quib. cauſ. maior. Menoch. de arb. iud. quæſt. caſ. 136. n.11.* Quod *ſi ſuper fracta pace* licet non omnes ejus qualitates ſint exprimendæ) poſſint qualificari & inſuper exhibito documento probari, tunc ſupplicantibus *in Camera* mandatum de non offendendo decerni ſolet, *Receſſ Imp. de anno 94. §.* Wir laſſen vns auch *& ſeq. Denaiv. in l. Cam. c.186. n.2. & 3. Schvvanm. obſ 141. per tot. Gail. d. c.2. per tot. & lib.1. obſerv.4.* 2. PROBABILIS, ATROX ET TERRIBILIS ſeu majoris malitatis, qui à formidine objectorum meritò in conſtantiſſimum cadat *l.5. & 6. ff. h. tit. d. l.3. ff. ex quib. cauſ. maior. cap.15. extr. de ſponſal. Gail. dict. lib.1 de P.P. cap. 2.* qualis eſt metus mortis & cruciatus corporis, *l.4. & l.7. §.1. ff. & l.7. C.h.t. l.13. C. de tranſact.* verberum *l.3 in fin. h.t.* id quod *Specul. lib.4 tit. de his quæ vi &c.* exemplificat de Teutonicè verberato; vinculorum *d.l.7 §.1.* carceris illiciti & privati *l.22. & d.l.7. ff h.t. tot. t. C. de priv. carcer.* Servitutis *l 4. iunct. l.8. §.1. h.* deportationis *d. l.8. §. 1. iunct. §.1. Inſt. quib. mod. 19. patr. pot. C. I. A. h. 0.6.* Stupri *d.l.8. §.2. h.* & quibuſcunque aliis modis homines conſtantes (id quod arbitrio judicis ex perſonæ cujuſque qualitate rerumque circumſtantiis id æſtimantis relinquitur, *Conſ. Argent. tom.1. conſ.50. n 27. 28.*) terreri ſolent *d l.3. ff. ex quib cauſ. maior. Weſ. in ϖ.h.n.3. in fi. & in ϖ. C. eod. n.6. Gail. d. lib.1. c.2. n 5* Cæterùm quod de metu carceris illiciti & privati diximus, idem habet locũ in carcere publ. ſed illicito, ita quidẽ ut indignè carceratꝰ adverſus promiſſionẽ injuratam ſtatim poſſit petere reſtitutionẽ, *arg. d l.3. §.1. h t. l.32. de iniur.* Adverſus juratam verò aut in literis exultionis ſive abjuratæ ultionis, ut vocant, durch ein geſchworn Vrphedt factã, de ſolvendo ſcilicet illo quod promiſſum & non vindicando carcere, non niſi præviâ juramenti relaxatione, ad quam pars adverſa quoque citari debet, *Gail.1. O.22. nu.1. & obſ.42. n.4. Ruding.5. obſ.43. n.4.* Excludimus ergò ab actione noſtra metum, qui dicitur, umbræ, ſive timorẽ vanum, aut vani hominis



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0026-7

*l 148 de reg. iur. l 6 h. t l. 13 pr. de re iudic.* (*cuius exemplum Duar. hic* refert de Canonico, cui maritus quidam bonus interminatus eſt, ſe jacturum pileum per feneſtram) ſupervacuum *l. 2. §. 1. ex quib. cauſ. maior.* quemlibet; *l. 5. ff. h. t.* viro indignum *C. I. A. h. t. θ. 5 in fin.* metum accuſationis *l. 10,* dignitatis *l. 6. C. h t.* vexationis *l. 7 ff. eod.* infamiæ *d. l. 7.* (*rejecta Weſenb. & Dd. inter verbalem & realem diſtinctione non juridicâ C. I. A. θ. 16.*) amiſſionis bonorum, niſi generatim omnia vel ex majori parte ſint metui expoſita *cap. 2. extr. h. tit. l. 17. §. 1 ff. quæ in fraud. cred. l. propter litem. 21 ff. de excuſ. tut. gl in c. un. verb.* excõmunicationis *h t. in 6. addit gl. ad l. 8. ff eod. Weſ. h. num. 4. Odd. p. 3. q. 7. n. 8* quia æquiparatur metui mortis, *Bart. in l. ſi ob turpem. verſ. Idem dico ff. de condict. ob turp. cauſ.* Et bona dicuntur vita hominis *gl. in l. advocati ff de advoc. div. iud* alter ſanguis, *ſecundum Iaſ. in l. ut vim. n. 23. de iuſt. & iur. Borch. de feud 8. n 13. Mynſ. c. 3. obſ 37.* reverentiæ ſeu obſequii quem uxor erga maritum, libertus erga patronum, filius erga parentem, clericus erga Epiſcopum habet, *arg. l 6. C. h. t. ubi Bart.* ſi mulier, *inquit*, vendidit aliquid propter metum marito, metum nõ probari ex eo, quod ſit maritus, *Iaſ. ad §. quadrupli n. 61. Inſt. de act. Sich. ad d. l. 6. & l. 9. C h. t Gail. 2. O 93. n. 22.* niſi accedat alia impreſſio aut circumſtantia, quæ eundẽ probabilem faciat, *arg. d. l 9. C. h. t. & l. 4. §. 1. in fin. de pecul.* Tunc n. licet non ex Edicto, attamen ex Edicti ratione benignaq; interpretatione reſtitutioni ſaltem *ex officio iudicis* locus eſt, *arg. l. 1. § quæ oner. 5. quar. rer. act. l. pen de furt. fac. l. fin. ff. h. t. Weſ. in ϖ. ibid. n. 4. & in ϖ. C. n. 6. Sich. ad rubr. C. h. t. n. 6.* Idemq; de metu potentiæ ſive precibus potentũ & blanditiis Principum (niſi ſcilicet impreſſio quædam accedat, vel Princeps aliâs torvùm intueatur *Tilem. Diſp. ad π. 10. θ. 23*) intellectum volo, quamvis vulgò dicatur, *Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi*, & rogando cogit, qui rogat potentior, *gl. in. l. 1 § 2. verb. quemadmodum ff. quod iuſſ. Weſ. h. n. 3.* Metus perfidiæ quoque non pertinet ad hanc actionem, *ſed officio iudicis* quæ per talem geſta vel data fuere, reſcinduntur, *l. 3 ff. de extraord. cogn. Schn. ad §. 25 Inſt. de action. n. 50.* Si per impreſſionem quis aliquem metuens, ſaltem in mediocri officio conſtitutum, rei ſuæ in eadem provincia, ubi tale officium peragit, ſub emtionis titulo fecerit ceſſionem, condictionẽ habet *ex l. pen. & ult. C. h. t.* per quam rem recuperat, & precium nihilominus retinet *d. l. pen. ibiq; Dd.* quod aliàs in actione quod metus causâ reddi debet, *l. 3. & 4.*

*C.d.t.* 3. Continuus, quique duraverit adhuc eo tempore, quo actum, quem reſcindi cupit celebravit: Alias enim metus præcedens per conſenſum vel ſolutionem ſpontaneam ſubſequentem purgatur, nec actioni quod metus cauſa locus eſt; (licet quandoq; detur condictio ob injuſtam cauſam *l.7. ff. de cond. ob turp. cauſ.*) ſed per exceptionem adhibiti conſenſus eliditur, *per l.2. ibiq; Sich. n.3. & Dd. comm. C. h. t. gl. in l.4 C. eod. c.3. & 4. extr. h. t. c. ad id extr. de ſponſ. Azo in ſumm. n 6. Gail. 2. obſ. 93. n. 29.*

G. (*g*) Sive in propria, ſive liberorum (in quibus parentes pro affectu, quem nullus vincit *l. fin. pr. C. de cur. fur.* magis terrentur *l.8. § 2. ff. h. t. §. ult. I. de nox. act. Mar. in ſuo præm. n.14.*) ſive conjugis, quæ & ipſa affectûs noſtri pars, & cujus adulterium viro gravius quàm occiſio proprii filii *l.88. § 16 ff. de leg. 2. l.1. §.3 ff. de iniur. & §.2. Inſt. eod. in uſib. Feud. 1. F.5. & 21. Schneid. ad §.25. Inſt. de act. n.38.* Imò & conſanguineorum perſonis, *gl. in l.2. ff. in jus voc. ut eant & c. 2. F. 24. §. 2. Schn. d. lo. n.51. C. I. A. h. θ.7. Sich. in rubr. C. h. t. n.5.*

H. (*h*) Notandum eſt hoc vocabulũ, quod metus debeat eſſe Incussus ſive Illatus ab aliquo *l 9. pr. & tot. h. t. n.* Nam proprius & quem unuſquiſque cauſatur, non attenditur, *l.21. h. t.* nec juſtam præbet ex hoc Edicto reſtitutionis cauſam metus ſuapte naturâ vel fortunâ contingens, adeoque votum emiſſum ab ægroto, vel ab exiſtente in belli, naufragii, alteriuſve periculi diſcrimine non ex eo eſt invalidum, aut reſcindendum, quod timore periculi ſit factum, *c.3. ubi Abb. extr. de renunc. diſp. Col. h. t. θ 7.* Eſtque Incussio iſta vel illatio ab actore non ſolùm in libello exprimenda, ſed etiam teſtibus, documentis publicis aut aliis legitimis modis probanda *l. ult. l.13. verb.* probatus fuerit *cum l. ſeq.* ff. *h. t. l.7. & l 9. C. eod. c. ult. ext. h. t. Weſ. in π. C. h. n.6 Sich. in rubr. C. d. t. n* 28. Ita quidẽ ut hoc caſu duobus teſtibus de metu deponentibus magis credatur, quàm mille deponentibus de ſpontanea voluntate, *ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, Gail. 2. O 93. n.14. Schn. & Mynſ. ad d. § 25. Inſt. de act. n.5.* Sed & juramento ipſius ſuper quantitate & æſtimatione rerum per metum ſive violentiam compulſivam extortarum ſtabitur, *l.9. C. und. vi d. c. ult. extr. h. t. c. fin. q.3. gl. fin. c. dilect. extr. de for. compet.* Quando autem & quatenus per conjecturas, indicia vel præſumptiones ſufficienter probetur metus, Judicis arbitrio meritò relinquitur *arg. l.1. ff. de iur. delib. & l.3. ff. ex quib. cauſ. maior.*

D

*cap. de*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0028-8

*c. de cauſa extr. de pot. & offi. jud. deleg. Gail. 2. O. 93. n. 17.* Cæterùm proteſtatio ſuper metu illato, licet ſit utiliſſima & quandoq; in aliis caſibus neceſſaria *arg. l. 2. C. de his qui propt. met. c. fin. de appellat. l. 39. ff. de reg. jur. l. fin ff. de leg. commiſſ.* hîc tamen ad actus reſciſſionem obtinendam neceſſaria non eſt, *Tr. d. D. θ. 4. ibique Bach. lit. f. Vigel. m. I. C. lib. 5. c. 13. reg. 11. limit. 30.* cum fides veritatis verborum adminicula non deſideret, *l. 1. C. ſi min. ab her. ſe abſtin.* Et in ſimili proteſtatio de impedimento, Vaſallo, debito tempore renovationem Inveſtituræ non petenti, neceſſaria non ſit, dummodò aliunde de impedimento conſtare poſſit, quamvis conſultius videatur proteſtationem adhiberi, *ut rectè Roſenth. de feud. d. c. 6. concl. 100. Vult. de feud. cap. 7. n. 87.*

(*i*) *Tex. in l. 12. §. pen. & ult. l. 13. (junct. l. pen. de vi publ.) & l. 14. pr. ff. h. t. junct. l. 112. de R. I. Quod Zaſ. in ϖ. h. nu. 3. (alleg. à Ph. Steinhauſen in Pand. παρατιτλ. &c. h. t. in fin.)* pro Advocatis novitiis notandum monet, ut duo copulativè capitulent, metum int rveniſſe & damnū ſecutum eſſe; ſive in re corporali, ſive incorporali, quia variè accidere poteſt, *l. 9. ferè per omnes §§ l. 10. l. 14. § 2. & 9. l. 21. §. ult. ff. h. t. C. I. A. h. θ. 8. & ſeqq.* Cumprimis autem in damno, quod quis tradendo, dando vel faciendo paſſus eſt, locum habet hæc actio; nam ſi promiſſio facta ſit, re ipſa autem nihil præſtitum, is qui promiſſionem fecit conventus, exceptione metus ſe tueri poteſt. *Mynſ. ad d. §. quadr. n. 13. I. de Act. conf. ſupr. θ. præced. in fin.* I.

(*k*) Ejuſque heredes cæterique ſucceſſores, quoniam hæc actio rei habet perſecutionem. *l. 14. §. 2. in fin. & l. 16. § 2. ff. h. t. l. 3. 5. C. eod. Mynſ. c. 4. obſ. 29.* K.

(*l*) Vel iis; Nam & ſi plures ſint, qui metum intulerunt, contra ſingulos hæc actio datur *d. l. 14. §. ult. & l. ſeq. l. 9. § f. ff. h. t.* licet unâ eâque plena ſolutione, quia rei petſecutio actioni ineſt, omnes liberentur *d. l. 14. & ſeqq. & l. 12. § f. h. t. Weſ. in ϖ. n. 4.* L.

(*m*) Etiam per alium, quoniam hæc paria ſunt; nullâ facta diſtinctione inter privatum ſive perſonam ſingularem, & univerſitatem ſive populum, corpus, collegium vel civitatem *d. l. 9. §. 1.* ubi ratio *ff. h. t.* Si ſervi metum intulerint, dominus vel noxaliter vel ſuo nomine (intellige ſi res ad eum pervenit) hâc actione convenietur, *d. l. 16. §. 1. ff. h. t.* quo caſu ſi ſervos noxæ dederit, adhuc tenetur, detractâ tamen ſervorum æſtimatione, reſtituere rem ſi M.

poſſit *d.l.16.ibiq; gl.& in l.31.ff.de nox.act.* IN HEREDES inferentis metum datur in id duntaxat, quod ad eos pervenit, id quod litis conteſtatæ tempore ſpectatur, *d.l.16.& l.20,ff.h.* licet enim pœna ad heredes non tranſeat *l un.ibiq; Dd.C.ex delict.def.* attamen quod turpiter vel ſcelere quæſitum eſt, ad compendium heredis pertinere nõ debet *d l 16 §.fin.* Et ſemel quidem perveniſſe ad proximum heredem ſufficit *l.13.h* (*id quod valdè notandum, nec ſimilem locum eſſe in jure Civ. Duar.h.affirmat c.2.in f.*) etiamſi poſtea non extet, *l 17. ff. h.* Sed vel conſumta fuerit, vel alio caſu perierit *d.l.17. & 18.ibiq; gl. & Dd. ff. h.t.*

N. (*n*) Etſi alius metum intulerit *l.14 §.3.& §.5.ff.h.t*, tùm quod hæc actio ſit in rem ſcripta *ſupra lit. d.* & neceſſe non ſit in libello ſpecificè exprimere perſonam illius, qui metum incuſſit; verùm ſufficiat imperſonaliter dicere, ſibi metum illatum, non adjecto à quo *d.l.14.§..3 h. Schn. & Dd. ad §. quadrupli.25.I.de Act.* Tum (quæ ratio *à Weſ.in ϖ.h.n.*4. cum priori rectè conjungitur, ob id à nonnullis fruſtra notato) quod lucrum ex alieno delicto facere vel ſperare nemo debeat. *d.l.14 §.5.in fin.& l.18.ff.h.t.* atqui manifeſtum eſt, eum, qui longæ poſſeſſionis præſcriptione non munitus, *l.3.C.h.t.* rem metu extortam, quæve in ejus locum ſucceſſit, retinet, nec juſſu judicis reſtituit, ex alieno (imò, *ſecundum Don.15.comm.c.38.& Weſ.h.n.6.* vi realis iſtius approbationis, proprio) delicto lucrum captare & locupletiorem quoq; factum intelligi *per d.l.14 & l.18 ff.h.t.* DIXI, RETINET; quia ſi abſq; dolo b.f. emptoris (aliud eſt in m. fidei poſſeſſore *d.l.14 § 5.h.junct.l.5.ff.ſi cert. pet.*) res perierit, eo nomine non tenetur *d l.14 §.5.h.l.23.de V.O.* Secus ſi in pecuniam aliamvè rem converſa fuerit, quocunq; etiam titulo oneroſo vel lucrativo eam accepiſſet, *d.§ 5. & l.18.ff.h.t.*

O. (*o*) Cujus formam & modum tradit *l.9.§.5.& §.7.& l.14.§.9.ff.h.t. Weſ.in ϖ.eod.n.5.* Quid autem de jurata promiſſione vel juramento metu extorto dicendũ ſit, utrum contra illud quoq; reſtitutio competat, vel abſolutione à juramento opus videatur, quoniam hac in re mirificè variant jura & Dd. nec unius eſt diſtinctionis in ipſo diſcurſu mentem meam apertam.

P. (*p*) Rei appellatio uti latiſſima eſt *l.5.& 6.ff.de V.S.* Ita hic quoq; complectitur omne quodcunq; actori per metũ abeſt, ſive res mobilis ſive im̃obilis, ſive corporalis ſive incorporalis fuerit *d.l.9.§.7.& l.21.§.1.ff.h.t.* una cũ omnib. acceſſionibus, fructibus perceptis & percipien-

percipiẽ dis, & omni cauſa, *l.12.pr.l.14.§.7.& 14.hic. fac.l.15.§.7.quod vi aut clam.* Ita tamen ut actor pro qualitate negotij viciſſim reddat quod accepit, *l.4 C.h.t l.pen.ibiq; Sich.C.eod.Duar.h.c.4.* Bonæ fidei quoq; poſſeſſor, ad quem res per metum extorta pervenit, tantùm de perceptis conveniri poterit *d.l.14 §.5. & l.18.ff.h.t.Old claſſ.6.act. 10.n.6.*

(*q*) Quod regulariter præcedere & ſequi debere ſententiam vel condemnatoriam vel abſolutoriam, *iam ſup.dictum lit.c. per §.31 I.de Act.ibiq; Mynſ.n 22.d.l.14.§.4.& 5.ff h.t. l. 18 ff. de dol. m. contra Weſ.in π.h.n.6;* Illud verò rectè, quod arbitrium iſtud ſive juſſum pro interlocutoria habet, contra *Az.h & gl.in § 21 I.de Act.* tùm quod duæ ſententiæ definitivæ in unâ eademq; cauſa fieri nequeant, *l.1. C.ſent. reſc. non poſſ.* tùm quod juſſus iſte ſimpliciter non definiat, nec directò vel condemnationem vel abſolutionem contineat *per ſuperius allegata, Tr. d. D. θ.5. lit.e.* Q.

(*r*) Intra tempus ſc. arbitrio judicis, pro diſtantia loci & difficultate rei reſtituendæ ſtatutum, *Azo. in ſumma.C.h.t.n.20.Bach. ad Tr.d.loco lit.c.Schneid.ad d.§.25.Inſt. de Act.n.6.* non intra ſpacium quadrimeſtre quod condemnatis demùm in quadruplum competere verius eſt, *per tex. d.l.14.§ 11.h.t.l.fin.§.1.& l.2.C.de uſur. rei judic.* Unde manifeſtum fit, ſimplum & quadruplum ſimul quidem ſub prædicta conditione (niſi perſonæ aut rei qualitas aliter ſuadeat, *not. Mynſ. ad d.§.4pli. Inſt. de act.n.22.*) peti, at non judicem eandem formam ſecutum, ſimul utriuſq; condemnationem proferre poſſe; *per d.l.14.§.1.& ſeqq.h.t.* quamvis contraria opinio uſu recepta ſit, ut una ſententia ſufficiat cum ſubordinatione. *Schn.ad d.§.25.I.de act.n.59.Sich.ad rubr.C.h.t.n.* R. S.

(*ſ*) *d.l.14.§.1.h.t pr.Inſt.ibiq; Weſ.de perpet.& temp.act.Idem in π.h.n.2.in fin.l.35.ff.de O.& A.* non obſtante *l.fin.C.de tempor. in int.reſt.* per quam nonnulli *d.l.14.§.1.h.t.* ſublatam eſſe opinantur, *add. θ.7. ſupra lit.a.* T.

(*t*) Cui ſimplum ineſt, ita ut res reſtituatur & pœna tripli ſit, *l.14.§ 10.ff.h. Weſ.in π.n.5.in fin.* uno caſu, (quando ſcil. res ſine dolo malo & culpa metum inferentis & condemnati periit intra tempus judicati) excepto, quo ſimplum quadruplo non ineſt, & reus ad tripli pœnam non rei reſtitutionem tenetur *d.l.14.§.11.h.t.* niſi peritura res non fuiſſet, ſi metum non adhibuiſſet, d.l. Quadruplabitur autem id quanti ea res erit, *d.l.14.§.7 h.t.* hoc eſt omne id

quodcunq; reſtitui oportet cum fructibus, & omni cauſa *d.* §.7.C.I. *A.h.θ.*22, omne damnum, id enim ſimpla actio rei perſcutoria quæ multiplicatur, continet, *Weſ. ad* §. 21. *I. de Act.* ita quidẽ, ut quicquid illud eſt æſtimatum officio judicis quadrupletur, vel actoris, in libello hoc ſibi deferri petentis, juramento in litem (ſalvâ judicis taxatione) definiatur, & ita quadrupletur. *l.* 18. *ff. de dol. ibiq; gl Schn. & Mynſ. ad d.* § 21. *Inſt. de act.* qui tamẽ ipſi, ratione quadruplicationis, non hoc ſimplum juramento in litem æſtimatum, ſed veram rei æſtimationẽ ſequi debere judicem contendũt, *ex Ang. & Iaſ. ad d.* §. 21.

V. (*u*) Quæ cauſæ cognitio eò pertinet, ut ita demum decernatur, ſi non ſit alia actio, quia eſt actio extraordinaria & reſciſſoria, *d. l.* 14. § 1. 2. *h. t. l.* 9. § 4. *h t. Weſ. ibid. n.* 8. *C. I. A. h. θ.* 3.

W. (W) *D l.* 14 §. 1. *h. t.* in qua ceu rei perſecutoria æſtimatur omne quod agenti abeſt, *l.* 21. §. 2. *h. t.* Et exemplo reliquarum datur perpetuò *l.* 15. *l.* 17. *d. l.* 21. §. 1. *h. t. junct. pr I. de perpet.* & *temp. act.* W*eſ. d. n.* 8.

X. (*x*) Quæ tamen condemnatio non importat infamiam, quoniam actio *quod met. cauſ.* non eſt famoſa, utpote naturâ ſuâ rei perſecutoria, ex accidente demum pœnalis, ſi nimirum per contumaciã reus re, parere nolit. *Ampliſſ. & Conſultiſſ. D. D. Tabor, Fautor, Præceptor ac Patronus meus ætatèm obſervandus in Diſp. ad* W*eſenb.* 10. *q.* 9. Multò minùs famoſa erit extraordinaria in ſimplum, quia delictum hîc quaſi detrahitur; Sanè quoniam ex ſola facti improbitate oritur infamia facti, quam lex nõ notat, videtur quodammodo gravare rei exiſtimationem, ut agnoſcit etiam *Weſ. d. n.* 8. *Hill. ad Don.* 18. *comm.* 6. *lit.* I.

## *THESIS XV.*

Secunda Reſtitutionis cauſa eſt Dolus (*a*) malus (*b*) quo circa vel extra contractum deceptis (*c*) Prætor actionem & exceptionem tribuit. (*d*)

A. (*a*) *L.* 1. *ff. de reſt. in int. l.* 1. *& t. tit. ff. & C. de dol. m. Cic.* 3. *offic.*

B. (*b*) Κατὰ διαςολὴν ſive ad differentiam boni, vocabulum enim dolus τῶν μέσων ἐςὶ *arg. l.* 1. §. 2. *ff. de ſerv. corrupt. l.* 236. *de V. S.* & nunc in malam, ut in hoc Edicto, nunc in bonam partem pro ſolertia & ſe ipſum vel alterum, proprias res vel alienas juvandi aſtutia accipitur, *l.* 1. §. 1. *ff. de dol. m. l.* 19. §. *cum me* 3. *ff. de neg. geſt.* W*eſ. h. n.* 4. *& in C. eod. n.* 1. *in fin.* Dolus malus (*latè* ſcil. & *generaliter* pro quavis

vis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0032-0

vis calliditate alicui nocendi ſumptus) definitùr qnod ſit omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiẽdum alterum adhibita. *d.l.1.§.2.h.t.ibiq; gl.* In ſtrictiori ſignificatu definitur à *Serv.& Ped.in l.7.§ 9.de pact.& l.4.§.3.f.de contrah. empt.d.l.1.§.2.h.t.*

(*c*) Dolus ex propoſito committitur vel in contractibus (ex quo etiam utplurimum actio doli naſci ſolet; *teſte C.l.A.h.t.θ.39.*) vel extra contractus, idq́; multifariam, *l.1.in fin.de exc.dol.* VV*eſ.in π.C.d.t.n.3.Bocer.d.cl 6.D.6.θ.49.C.l.A.h.* [illegible]*7.& ſeqq.* Circa contractus diſtinguendum eſt 1. Inter contractus bonæ fidei, & ſtricti juris. 2. Inter dolum cauſam contractui dantem, & incidentem. Cauſam verò dare contractui (*alijs extra negotium committi*) dicitur dolus, quando quis doloſè inducitur ad contrahendum, qui aliâs nõ contraxiſſet, *l.7.verſ.*in hoc ipſo ut venderet ff.h.t.*ibiq; &c.* Incidens (*alus in ipſo negotio commiſſus*) appellari ſolet, quando quis alìas contracturus promiſſuruſve erat, ſed in ipſo negotio conficiendo in pretio vel alio quodã incidẽter decipitur *d.l.7l.13.§.9.de act. empt.* C.

Dolus igitur dans cauſam contractui b. fidei, etſi conſenſualis non ſit (modo ex parte contrahentis, non tertij alicujus, intervenerit, *Azo.in ſum.c.1.*) ipſo jure eum annullat, *d.l.7.ibiq; gl. verb.ſi in hoc ipſo ff.h.t.l 16.§ 1.de minor.l.3 §.ult.pro ſoc.§.b.fid.28.Inſtit.de Act.ibiq; Dd.* qui tamen communiter etiam hoc caſu (traditione facti ſcil. ab ignorante dolum eſſe commiſſum interveniente) actione doli ad contractum, quatenus de facto proceſſit, reſcindendum locum eſſe exiſtimant, *Tr.Synopt.de act.ritè inſtit c.9 n.8 & 22.* Annullatur autem talis contractus in favorem decepti, non decipientis, qui tenetur nihilominus ad damna & intereſſe tàm lucri ceſſantis quàm damni emergentis, *c.fin.ex.de injur.& damn.dat.* Quin etiam contractui ſtare tenebitur, ſi hoc maluerit deceptus, *arg l.6.C.de ll.* quoniam deceptis non decipientibus jura ſubveniunt, *c.8.ex.de rer.permut.Schn.ad d.§.b.f.n.24.& ſeqq.Gædd de contrah.ſtip.c.3.n.168.* Si verò dolus inciderit in contractum b. fidei, ſalvo manente contractu corrigitur per actionem ad intereſſe ex eod. contractu, cui ſemper doli actio & exceptio ineſt, *l.7.§ 3.h.d.l 13.§.4.de act.empt.l.11.§.5 eod.l.62.§ 1.de contrah.empt.l.5 C.de reſc.vend.* In ſtricti Juris contractibus ſive cauſa in ijs dederit dolus, ſive inciderit, non actio ex contractu propter dolum ſed actio vel exceptio doli, pro ut contractus tradi-

tione

tione conſummatus & perfectus fuerit vel non, locum habet, *d.l.7. l.7.l.33.§ 1 ff. de ſolut. ibiq. gl. l.5. C. de inut ſtipul. t.t. ff. de dol. m. except. l. fin. h t. fac. l.36. de V.O.* Matrimonio quoq; dolus licet cauſam dans impedimento non eſt. *arg. c. 26. ext. de ſponſ. VVeſ. in π. ff. eod. n. fin. Beuſt. de matr. c. 44.*

D. (*d*) Perinde ac in ſuperiori Edicto, *d l.1. & l fin. ff. h.t. t.t. ff. de except. dol.* ne ſcil. varijs & doloſis calliditas ſua ſit quæſtuoſa, & deceptis ſimplicitas ſua damnoſa, *d.l.1. VVeſ. eod. n.7.*

## *THESIS XVI.*

Eſt autem Actio de dolo, (*a*) prætoria, (*b*) extraordinaria, (*c*) perſonalis, (*d*) arbitraria (*e*) & famoſa, (*f*) quæ datur intra biennium, (*g*) dolo (*h*) decepto, (*i*) adverſus decipientem, (*k*) pro indemnitate conſequenda, hoc eſt, ut vel reſtituat (*l*) id quod agenti ipſius dolo m. abeſt, (*m*) arbitrio judicis, (*n*) vel ſi hoc non fecerit, quanti in litem juraverit actor, condemnetur. (*o*)

A. (*a*) Formaliter, propriè & artificioſè ſic dicta, pro actione doli, *ut dicitur in l.35. ff. de O. & A. l. ult. in f. C. h.t. & paſſim,* nō materialiter, populariter & latè pro actione de dolo, hoc eſt, ob dolum vel nomine doli competente, *arg. l.1. C. h.t. junct l.59 § 1. ff. mandat conf. l.1 pr. ff. quib. mod. uſusfr amitt junct. §.2 I. de uſufr. pr. Inſtit. de lit. oblig. ibiq; Dn. Locam. lit. c. C.I. A. h.t. θ. 1. & 2. ibiq; Conſultiſſ. D. D. Tabor. in not.*

B. (*b*) Quia ex Edicto Prætoris conceditur. *l.4. pr. l.7. ff. h.t. d.l.35.* cujus formulam C. Aquilius produxit. *VVeſ. h n.1.*

C. (*c*) Et ſubſidiaria, *d.l.1 § 4. & 6. ff. h. t. VVeſ. in π. C. eod. n. 3. Bach. ad. Tr. d. D. θ 6. lit. e.*

D. (*d*) *§ 31. I. de Act. l.15. § fin. h.t.* non in rem ſcripta, *ut voluit Coraſ. 1. miſc. c. 22.*

E. (*e*) *D. §. 31. Inſt. de Act. & l. 18. ff. h. t.*

F. (*f*) *L.1. & l 6. ff. de his qui not. inf. l.1. § 4. l.11 §.1. ff h.t.* Hinc duo pullulant conſectaria 1. Quod non detur ei, qui alia actione, ſeu quocunq; juris ordinario vel extraordinario (*excepta actione in factum ſubſidiaria, Bocer. d. D. θ.64.*) civili tamen (*criminale enim aut aliud extraordinarium æquè famoſum, puta ſtellionatus, hanc actionem non impedit. l.9. §.2. h t. l.3. ff. de crim ſtellion.*) remedio, non attento illud adhuc duret, an expiraverit, vel etiam exceptione doli rem ab ipſo

læſo vel

læſo vel ab alio ſolvendo exiſtente ſalvam habere poteſt, *l. 7. ſ. ff. de reſtit. in int. d. l. 1. §. 4. & ſeqq. l. 7. §. 1. l. 25. & l. fin. ff. h. t. l. 14. §. 2. quod met. ca, l. 31. de arbitr. l. 43. §. 3. de furt. l. 2. C. h. t.* ubi *Sich.* Prætorem hac in parte imitatum eſſe refert bonos medicos, qui ad cauteria & luxationem membrorum i. e. ultima remedia non prius confugiunt, quàm cum vident levibus remediis non eſſe locum. Si tamen probabiliter an alia actio competere poſſit, dubitetur, non eſt ex hoc Edicto deneganda actio, *l. 7. §. 1. h. t.* ubi quidem exemplum ſubjectum reprobatur, regula tamen in ſe vera eſt. *gl. ibid. in verb. de dol. Weſ. ibid. n. 5. in fin. & ad tit. de præſcr. verb. n. 6.* 2. Quod non niſi cauſæ cognitione præcedente intentari debeat. *l. 1. § 1. ff. h. t.* Eaq; verſatur circa tria, dolum ipſum, perſonas, & res. *gl. in l. 2. verb. cognita, ubi tēpus quoq; addit. C. h. t.* Circa dolum ipsum judicis eſt exquirere an ſit admiſſus; licet enim quid dolo factũ dicatur, exemplis demonſtretur aliquàm multis huic titulo inſperſis, tamen in univerſum hoc definiri non poteſt, ſed ex facto magis quàm jure pendet, *Duar. h. c. 4.* ubi ad Cauſidicos nos remittit, quos omnes fraudes, omnesq; technas noſſe *refert ex Plin. in Epiſt.* Requirimus autem cum *Ulp. in l. 7. § fin. ff. h. t.* magnam & evidentem calliditatem; magnam, dico, licet non magnam exigeret machinationem *l. 14. h. & C. 1. A. θ. 40.* non leviorem adverſarij quaſi doloſè verſati ſuſpicionem, *ut dicitur in l. 3. §. 1. in fin. ff. de minor.* vel quæ ad fatuitatem prætendentis dolum debeat retorqueri, *ut in c. 6. ext. de his quæ vi met.* evidentem ideò, quod dolus in actibus licitis regulariter (*arg. l. ꝶ C. h. t. l. 7. §. 8. ff. eod. & paſſim. Azo in C. h. t.*) non præſumatur. *l. pen. C. de his qui ſibi adſcrib. l. 12. § 3. de liber. ca.* Sed ab allegante ſive in agendo, ſive excipiẽdo ſit probandus. *l. 18. §. 1. ff. de probat. l. 75. de judic. l. 3. in fin. de tribut. act.* & quidem manifeſtè, *ut Ict. loquitur in d. l.* 18. ſive indiciis perſpicuis, quæ non poſſunt in aliam partem accipi, quam malam. *l. 6. ibiq; gl. & Sich. C. h. t. VVeſ. in C. eod. n. 3.* quod cum jure noſtro expreſſum non ſit, judicis arbitrio meritò relinquitur, *arg. l. 1. in fin. de jur. delib. Maſc. de probat. vol. 1. conſ. 530. n. fin.* Circa personas quæritur, An in aliqua dignitate conſiſtant, vel tales perſonæ ſint, quib. debetur reverentia, hoc ſi appareat, in factum verbis temperanda eſt actio. ut bonæ fidei mentio fiat, *l. 11. §. 1. & ſeq. h. t. l. 52. §. 1. & 2. de furt. l. 11. C. de jur. dot.* heredibus tamen harum perſonarum, item adverſus heredes de dolo actio jure datur. *l. 13. h. t. ibiq; Cujac.* In hac



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0035-7

cauſæ cognitione verſatur etiã, ne in pupillum, niſi pubertati proximum, ex dolo ipſius detur hæc actio *l.13.§.1.& l.ſeq. h. t.* Ex dolo (*inquam*) ipſius, nam ob alienum, puta tutoris, dolum an & quatenus conveniatur, *vid.l.15.pr.h.t.l.1.& l.3.ff.quando ex fact.tut.l.3.§.1. de tribut. act.* CIRCA RES cauſæ cognitio verſatur *vel in quantitate*, quò ſpectat *l.9 § fin. cum l.ſeq.h.t.* ut ſi modica ſit ſumma, puta ad duos uſq; aureos (*incluſivè Az. h. n. 16.*) hæc actio dari non debeat, quamvis in factum haud denegetur, *gl. & Dd. in d.l.9.§.fin. cum l.ſeq. Weſ.h.n 6. vel in qualitate*, quò pertinet. *l.21.h.t. Duar.h.c.1.in fin.*

G. (*g*) Continuum, ex eo die quo aſſeritur dolus commiſſus (adeoq; ignoranti etiam & abſenti, niſi Reipubl cauſa abeſſet vel minor exiſteret, *l.3.C.h.t.l.ult.C.de temp.in int.reſtit.*) computandum *l.ult.C.d.t.* quo elapſo, non modò eam non incipere, ſed ne ceptam quidem finire licet, *d.l.ult.C.h.t.ibiq; Azo*, ubi ait hoc non eſſe in alia actione ſub cœlo, ut nõ perpetuetur litis conteſtatione, ſicut actio doli, Add. *VVeſ.in π. h.n.8.* ubi rectè monet, in quantum factus eſt reus & ſucceſſor ejus locupletior, in factum actionem adverſus eum perpetuam dari. *l.28.cum 2.ll.ſeqq.ff.h.t.*

H. (*h*) Qui cum non ſit uniuſmodi, ſed diverſi effectus, vel ipſo jure contractum nullum reddens, vel remedium aliud à doli actione tribuens, vel eo deficiente, hanc actionem producens, adhibẽda eſt omninò *ſup.θ. præced.* allàta diſtinctio, *Boeer. d.cl.4.D.6.θ.50*

I. (*i*) Ejuſq; heredibus *l.13.ff.h.t.* quippe rei perſecutoria eſt. *Weſ.in π.ff.h.n.9.arg.l.4.§.ult.ff de alien.jud.mut.* Si tamen læſus ipſe quoq; dolum commiſerit, ( & æqualis ſit perſonarum conditio, *arg.l.3.C.ſi min.ſe maior.dix.Weſ.in π.C.ſi adverſ.delict.*) dolus cum dolo compenſatur, *l.36 ff.h.t.* Filiam quq; enormiter per renunciationem paternæ vel alterius hereditatis, etiamſi jurata ſit, acceptâ dote, læſam ex hoc Edicto reſtitui poſſe (*repugnantibus licet Iuris principijs*) communis eſt *& in Cam.Imperiali* quoq; recepta & præjudicijs confirmata opinio, *Gail.2.obſ.147.n.10.& 17.& obſ.42.circ.fin.Mynſ.c.5.obſ.59.& conſ.56.n.8.& ſeq.Treut.d.D.θ.7.lit.b.ibiq; Bach.*

K, (*k*) In libello (ſecus ac in actione quod metus cauſa *l.14.§.3.quod met.*) deſignandum *l.15.§.1.l.ult.& l.15.§ 1 & 2.ff.h.t.* ſed etiam univerſitatem, collegium, populum, civitatem, *d.l.15 §.1.ibiq; gl.h.t.* Heredem quoq; & cæteros ſucceſſores, alioſve ad quos aliquid pervenit, *l.17.§.1, l.26.& ſeq.ff.h.t.l.15.§.2.eod.non tamen* (*ut Bach. loqui amat*)

*amat ad θ. 6.lit.c.*)integra,ſed ſub qualitate actionis in factum perpetuæ & non famoſæ, ut turpe lucrum auferatur, quippe ratione calculi datur,& quoties vel ratione perſonarum vel ob temporis lapſum actio doli ceſſat, toties in ejus locum ſuccedit, quâ ſimpliciter ſpectatur id,quod quilibet fecit, ſine certa negotij forma, *l.11. l.17.§.1.l.29.h.t.fac.l.155.deR.I.l.26 §.5.de nox.act.& l.37.ff.de act.empt. Tilem d.D.*10.θ.41. ſi plures ſunt,qui dolum commiſerunt, omnes in ſolidum conveniuntur,unius tamen ſolutione ſinguli liberantur. *l.17.ff.h.t.arg.l.57.deR.I.l.14.§.ult.quod met.ca.Weſenb n.7*

L. (*l*) Datur enim hæc actio ad damnum reſarciendum, quod adverſarij dolo malo datum eſt, unde ſi res aliqua corporalis non ſit amiſſa,ſed quod aliud damnum illatum,tunc actor tantum hac actione conſequetur,quanti ſua interfuit dolo adverſarij ſe non fuiſſe deceptum,*l.18.§.pen.& l.31.ff.h.t.*

M. (*m*) Et in libello ſpeciatim comprehenſum eſt, ſcire enim debet actor, in qua re circum ſcriptus ſit,nec in tanto crimine vagari,*l.16.ff.h.t.fac.l.7.pr.de injur.Weſ.h.n.7.*

N. (*n*( Quod tamen interdum ex accidente ceſſat, & reus ſtatim ad intereſſe condemnari poteſt, ut in caſu *l.18.§.1.& §.pen.ff.h.t. l.31.eod.conf.Bocer.d.cl.4.D 6.θ 67.lit.b.*

O. (*o*) Idq; ſive rem habeat, ſive (quo caſu in infinitum ſine judicis taxatione jurare licet.*l.68. de R.V.*) dolo habere deſierit, hæc enim paria ſunt *l.qui dolo 131. l. parem.150.deR.I.l.5.C.ad exhib.* Et hanc condemnationem,*ut dictum eſt ſupra lit.f.* ſequitur infamia, à qua tamen liberatur, ſi per procuratorem judicium peregerit. *VVeſ.ad tit. de his qui not.inf.n.4.& 9.*

## *THESIS XVII.*

Succedit tertia Reſtitutionis cauſa, ÆTAS nempe MINORUM 25. ANNIS, quorum tutelam Prætor æquitatem naturalem ſecutus ſuſcepit.

*L.1.ff.de in int.reſtit.l.1.pr.& §.1.& t.t.ff.& C.de minor.25.ann.* Favor quippe & imbecillitas ætatis hoc merebatur, *d.l.1.l.4.de ſerv. export.l.fin.ff.de man.vind.Nov.Leon.*28.*VVeſ.in* π. *C.h.t.in pr.Tilem.d.* D.11.θ.2. ubi nec ſtatuto ſimpliciter exceptiones rejiciẽte minorum reſtitutionem excludi aſſerit *cum gl.& Dd.in l.poſtquam liti.* 4. *C.de pact.Adde Corn.conſ.*19*S.n.7.vol.*4. ubi tradit, quod ſi ſtatuto diſponi-

 tur,non

tur, non poſſe retractari ſententiam ex cauſa minoris ætatis, illud intelligatur alio jure quam reſtitutionis in integ; & ſic minori ſuccurratur, etiam quod ſtatutum loquatur de minore, prout ex ipſo *refert M. Giurb. deciſ. 78. n. 11.* ſicuti nec renunciatio minori obeſt, *per gl. in l. 41. verb. quia unicuiq; ff. h. t. junct. l. 19. eod. addit. ad Specul. de reſtit. in int. §. qualiter lit. n.*

## *THESIS XVIII.*

Eſt autem Reſtitutio in integrum Minorum 25. Annis remedium (*a*) extraordinarium (*b*) mixtum, (*c*) quo minor quam 25. annis natu (*d*) ob detrimentum (*e*) ætatis imprudentiâ (*f*) ex eo, quod generaliter in vel extra judicium (*g*) ſive contrahendo, (*h*) vel quaſi (*i*) ſive diſtrahendo, (*k*) ſive alio quocunq; modo (*l*) geſſit, (*m*) vel non geſſit, cum deberet, (*n*) acceptum, adverſus eos qui cum ipſo geſſerunt (*o*) à Prætore (*p*) cauſa cognita (*q*) in eum ſtatum reponitur ac integratur, qui ante læſionem fuerat. (*r*)

A. (*a*) *L. 7. §. 1. in fin. ff. de reſtit. in int. l. 16. pr. l. 36. l. 3. §. 4. ff. h. t. de min. 25. ann. l. 4. C. ſi adverſ. rem judic.*

B. (*b*) D. l. 16. h. t. Hinc non reſtituitur minor, quando vel ipſo jure negotium eſt nullum, utpote quod non adfert læſionem, vel adimit aliquid cujus reſtitutio concedatur *d. l. 16. Azo. in ſumm. tit. quib. ex cauſ. maior. n. 7.* ubi non oportet (*inquit*) medicinam petere reſtitutionis, cum ſana remanent omnia jura mea; vel quâ alia actione ordinariâ minori ſatis ſit proſpectum, quotiescunq; enim ordinarium remedium competit, ad extraordinarium confugiendum non eſt, *Dan. Venatorius ad tit. C. in quib. cauſ. in int. reſtit. Specul. d. lib. 2. de reſtit. in int. rubr. quis poßit petere, n. 37. add. infr. not. lit. q.*

C. (*c*) *Weſ. in π. ff. n. 4. & Cod. n. 1. h. t. Mynſ. cent. 4. obſ. 18.* Reale quidem, ſi damnum juri familiæ inhærens, eoq; ad heredem tranſiens, *ſup. θ. 1. lit. c.* perſonale autem, ſi perſonam cui detur, ( unde propria & perſonalis dicitur defenſio in *l. 95. §. 3. ff. de ſolut.* auxilium ætatis *in l. 11. §. 1. ff. de inſtit. act. & l fin. de ſucceſſ. Edict. Mynſ. d. loc.*) & quod nec fidejuſſori minoris nec ſocio proſit, conſideres, *l. 3. §. 4. l. 13. ff. h. t. l. 7. ff. de except. t. t. C. de fid. min. & l. un. C. ſi in comm. ead. VVeſ. d. n. 4.* Quod in fidejuſſoribus ita demum verum eſt, ſi minor ætatis lubrico lapſus fuerit & fidejuſſorem tanquam minor dederit. *d. l.*

13. ff. h. t.

13.*ff.h.t.& d.l.95. de ſolut.* Secus ſi ob dolum adverſarii reſtitutus fuerit vel tanquam quilibet alius fidejuſſorem dederit, tunc enim reſtitutio ejus fidejuſſori quoq; proficit, dummodò, extra caſus illos, quibus adverſus alium ſalva manet actio, minorem eſſe ignoraverit. *l.2.C.d.t.de fid.min. d.l.7.de except.l.51. de procurat.l.39.de adquir.hered.fac.l.ult.ff.de bon.poſſ. contra.tabb. Azo.d.t. C.de fid.min.n.3.*

(*d*) Ejuſq; heredes, *lit.prox.præced.& ſup.θ.4.lit.c.* Hæc enim ætas illa eſt, cui ignoſci debet, *per text.in l.20.§.pen.de nox.act.* Sicuti contra ætas majorum 25. annis ea dicitur eſſe, quæ caret reſtitutione *l.50.§.5.in f ff.de leg.3.* MINOR ANNIS (*ſunt verba c.8 in med.ext. de probat*) duobus modis poteſt intelligi; cum & qui minor eſt 14. annis, & qui 25. dici ſoleat minor, *c.pen.de ſepultur.t.t.ff.quando ex fact.tut.vel Curat.* minores &c. *§.ult.I.quib.alien.lic.2.F.26.§.ſi minori 2.F.3.pr.ibique Hottom.& Feudiſtæ.* Utriq; impuberes & puberes (qui aliàs juvenes, *l.26.de reb.cred.* adoleſcentes, *l.27.§.1.f.de min.* & adulti *l.20.§.1.de liber.leg.* vocantur) vel ipſo jure tuti ſunt, nec reſtitutione indigent, ut infantes & pupilli abſque tutoris, & puberes abſq; Curatoris, quem habent, authoritate & conſenſu contrahentes. *l.3.§.f.ff.& l.3.C.h.t.c.8.ibique gl.verb.debita extr.de reſt.in int.Weſ.in π.ff.de autor.tut.n.6.in fin.* vel opus habent reſtitutione ut pupilli, cum tutoris auctoritate, & minores, cum conſenſu curatoris, vel abſq; eo, ſi nullum habent, ad quos vel maximè hoc Edictum pertinet. *l.1.§.f.& l.ſeq.ff.& l.3.C.h.t.* contrahentes, quamvis hoc caſu etiam actione perſonali contra tutores & Curatores agere poſſint, *t.t.C.ſi tut.vel Cur.interv.l.6.ff.quod falſ.tut.* eſt enim eis (*ſunt verba Nov.1.c.4.§.1.*) duplex quoddam ſubſidium: & per reſtitutiones & per viam contra negligentes tutores vel Curatores, *Weſ.d.t.de aut.tut.n.2.in fin. Schn.ad §.fin.I.d.t.n.7.& 9.* Minorem igitur quàm 25. annis natum intelligimus 1. qui quintum & viceſimum annum nondum perfectè & omnimodò complevit, & ſic ad ſtatū ſuum (verbis *l.77.§.14.de leg.2.*) necdum pervenit, tempore de momento in momentum cōputato, *l.3.§.3.h.t.* id quod & aliàs in jure fieri videmus, prout qualitas vel favor negotii aut perſonæ id exegerit, *l.6.de O.& A.l.23.§.1.de A.R.D.l.48.§.1.eod.auth.hodiè.C.de appell.Sich.ad l.5.C.qui teſt.fac.poſſ.n.5.* Idque adeò verum eſt, ut nec ſinguli liberi, pro ſingulis annis hîc computari poſſint, *l.1.& 2.ff.& l.2.C.eod.h.tit.n.* 2. Qui talis eſt, vel fuit tempore læſionis vel contractus (nam quoad

petendæ reſtitutionis tempus nihil intereſt minor eo ſit an major; poteſt enim reſtitui, toto tẽpore minoris ætatis, & pòſt intra quadriennium *l.5.§.1. C.h.t.*) ejuſq; perfecti & conſummati, nam ſi negotium, quod tractum temporis ex ſua natura admittit, ceptũ quidem ſit cum minore, ſed abſque calliditate adverſarii inciderit in tempus majoris ætatis, reſtitutioni locus non eſt, *d.l.3. §.1.h.t.l.1.C. ſi adverſ.rem jud.ibique Seb.Brandt.* 3. qui liberæ, non ſervilis eſt conditionis, *d l.3.§.ult l 8 h.t.Weſ.h.n.3.* niſi in caſibus *l.5. & l.7. §.5.ff.h.* Aliàs non refert cujuſcunque ſit ſtatus & conditionis, *Weſ. in π.C. de fil min.* Pater-an filiusfam. *d.l 3.§ 4.h.t.* utpote qui reſtituitur non ſolum in rebus quæ patri non adquiruntur, *l.3.§.10.* Verùm etiam illis quæ patri cedunt, modò ipſe conveniatur, *d.l.3.§.4.ff.h t.* Sed & minores *analogicè* ſic dicti, hoc eſt, qui ex communi Dd. calculo jure & privilegio minorum veniunt, huc pertinẽt & reſtituuntur, quales ſunt furioſi, prodigi, *l 8.§ 1 l.11. ff.de reb.eor.qui ſub tut.ibique Weſ.n.3.l 2.3. C.de cur.fur.l.5.de R.I.l.3 C.h.t. Everh.in Top.loc.à min.ad fur.prodig. verſ.ſecundo ex hoc ſequitur:* quod ad ſenes decrepitæ ætatis, ita ut repueraſcere incipiant, itemque ſurdos & mutos extendit *Oſterm. d. D.θ.97. & Odd. d.p.1.q.3. art.2.& 3.* Eccleſia, cæteraque loca ſive collegia & congregationes piæ (non rectores earundem, fratres & Canonici in bonis patrimonialibus læſi, *Maran. d. part.6.de appell.n.84 ibiq; gl.margin.*) *c.1.c.3.extr.de reſtit.in int.c.1.2. eod.in 6.l.35.C.de Epiſc.& cler.* etiam contra Eccleſiã, *d.c.3.ext.eod.Mar. d.l.nu.83.* & Prælati juramento de non contraveniendo non obſtante, *c.6.de reb.Eccleſ. non alien.c.13.de jurejur. gl.ad tit.de reſtit.in int. in 6.* Reſpublica *l.4.C.ex quib.cauſ.major.ibiq; gl.verb.ſolet.l.3.C.de jur. reip.lib.11.l.9.de appell.l.6.C.ne de ſtat.defunct.* eorumq; Oeconomi & Syndici. *Weſ.in π.C.h.t.n.3. Maur.d.tr.c.27.& 28.Odd.d.p.1.q.18.art.9. & ſeq. Sich.ad d l.4.C. ex quib.cauſ. major.* ubi hoc ipſum ad civitates, *arg.l.8.l.26.§.fin.ff.d.t.l.3.C.de vend.reb.civ.lib.11.l.1.C. de offic. ejus qui vic.jud.* Univerſitates & Collegia licita profana, caſtra & villas, eas ſc. in quibus reperiantur minores, quæve regantur per adminiſtratores, extendunt, *cum Dd.comm. gl.ad d.l.4.& d.l.3.Gail.2.Obſ.26.*

E. (*e*) Sive læſionem, quæ tribus præcipuè modis *in l.44.ff.h. t.* dicitur contingere, amittendo (quod prius habuit) omittendo (quod adquirere potuit) & oneri quod ſuſcipere non licuit, ſe obligando; Quod ſi læſus non eſt, nec reſtituitur, quia ipſi nihil abeſt,

eſt, & de præda magis quàm de damno ſolicitus eſſet, *ut eſt text. in l.25. ff. de admin. tut.*

(*f.*) Vel adverſarii (non tertii, niſi fortè ſolvendo non ſit. *l.18. §.4. ff. de dol. l.3 §.1. ff. de eo per quem fact.*) circumventione *d. l.44. h.t.* quæ diverſos ſæpè habent effectus, *ſupr. lit. c. Treutl. d. D. 9.8. lit. b.* Eſt autem pro minore præſumptio, quod inconſulta ſui facilitate ſit læſus, niſi alia ab adverſario damni occaſio oſtendatur. *l.1 C. qui & adverſ. quos &c. ibique Duar. & Weſ. itemq; in π. ff. n.6. & C. h.t. n 4. Maur. d. tr. c.174. Treut d. D. 9.15.* ubi propterea libellum ut ineptum rejiciendum eſſe negat, in quo non allegarit minor inconſulta ſe facilitate læſum. *add. infr. not. lit. q.* F.

(*g*) In Judiciis quidem, ſive agendo, ſive excipiendo, ſive defendendo, ſive compromittendo captus ſit, *l.7. § 4. h.t. l.51 de procur. l.34. §.1. h. junct. l.1. ff. de arbitr.* etiam tunc, quando intereſt ipſorum litibus non vexari. *l.6. ff. h.* In ſpecie verò adverſus eremodicia *d. l.7. §. ult. & l. ſeq. h.t. l.13. §. fin. C. de judic. c.7. de reſt. in int.* renunciationem litis, *l.20. §.1. & l. ſeq. h.t.* plus petitioné *§.33. Inſt. de Act.* omiſſam Exceptionem, allegationem vel probationem neceſſariam, etiam poſt cauſam concluſam. *c.3. ibique gl. extr. de in int. reſt. l.18. §.1. l.36. h. t. l. pen. C. ſenten. reſc. non poſſ.* delationem juramenti, *l.9. §.4. de jurejur. Gail. 2. obſ. 41. n.11.* Confeſſionem (delicti quoque de quo aliunde non conſtat) factam vel omiſſam. *l.6. §. pen. de confeſſ. l.9. §.2. h.t. Mynſ. cent.3. obſer.* 81. Sententiam definitivam vel interlocutoriam, etiam contra tutores vel Curatores in re minorum latam, *l. fin. C. ſi adverſ. rem jud. Mynſ. 4. obſ.* 21. totam vel ejus particulam *l.29. §.1. ff. h.t.* non inferioris modò ſed etiam ſuperioris à quo aliàs non licet appellare, *l.3. C. d.t. ſi adverſ. rem jud. l.17. & l.18. ff. h.t.* quia minor non conqueritur de ſententiæ iniquitate, ſed duntaxat allegat errorem propriũ & adverſarii circumſcriptionem *d. l.17. fac. l.3. ff. rem rat. hab. Weſ. in π. C. ſi adverſ. rem judic.* ubi hoc ipſum in Camera Imperiali quæ præfectura Prætorii Cæſ. Maj. ſit, ſervari refert *ex Mynſ. c. 4. obſ.* 21. quod uti veriſſimum, ita ad minores ſolos reſtringi non debet, nam & majores adverſus ſententiam pro reſtitutione ſupplicantes ex capite iniquitatis directò eam non impugnare, quin imò ſolenniter deſuper proteſtari ſolent, fortè hiſce formalibus. Erſcheint hierauff N. Anw. thut ſich zu forderſt bedingen angeregten Beſcheydt mit nichten zu impugniren / oder ungebührlich zu diſputi- G.

ren/ ſondern allein ſeines Principalen höchſte vnvermeidentliche Nothurfft ad effectum obtinendi reſtitutionem in integrum beyzubringen vnd außzuführen/ mit vorbehalt/ ꝛc. deſuper ſolenniſſimè proteſtando &c. *Add. Thilm. de Benign. Sytag.4. dec.1. vot.6. n.8. & 9.* An autem minor etiam contra tres conformes ſententias poterit reſtitui? Poſſe, non nego, ſed facilè non debere, niſi de novo doceat cauſam propter quam veriſimiliter læſus ſit & aliqualem, reſervatâ pleniori, in continenti edat probationem. *Mynſ.c.3. obſ.84. Oſterm. d.D. θ.54. Em. à Rosbach. d.t.ult.§.ult.* rem judicatam & neglectam appellationem *l.7.§.11. l.42.h.t. add. l.18. §.2. eod. & c.5. extr. de reſtit. in int.* executionem denique rei judicatæ & capta pignora *l.9. in princ. ff. h.t.*

H. (*h*) Adverſus CONTRACTUM (in ſignificatione *paulò generaliori* ſumptum *arg.l.20. de judic. l.17. C.de fid. inſtrum. Weſ. in π. C.ſi adverſ. donat. in pr.*) reſtituitur minor, puta adverſus improbabilem donationis enormitatem, (*arg. l.4. C.de inoff. don.*) ſive donationem immodicam rerum mobilium, nec alienari prohibitarum ſine decreto, autore curatore, vel à patre, conſentiente filio, factâ *l.1. & t.t.C. ſi adverſ. don. ibique Weſ. Cujac. & Duar. iung. l.22. & l.16. C. de adm.tut. l.fin. C.ſi major fact. l.3.§.5. ubi pupill.educ. l.27. de donat. l.1.§.2. de tut. & rat. diſtrah.* dotis dationem *l.un.C.ſi adv. dol. l.9.§.1. de minor. l.12.§.1. de jur.dot. l.48.§.ultim. h.t. l.3.§.5. h.t. n. C.I.A.h. θ.12.* mutuum vel cautionem deſuper emiſſam *l.1. & 2.C.ſi adverſ. cred.* ſive fœnebre ſit, ſive gratuitum, ſive ad magidem ludenti vel in perditionis ludo ſedenti datum ſit, ſive non ludenti; *Azò in ſumm. C.d.t.* modò non ſit filiusfamil. nec juſſu Patris vel contra SCt. Maced. contraxerit, *l.3.§.4. ff.h.t. l.2. C. de filiof. min.* ſi tamen locupletior ſit factus, id quod creditori probandum incumbit, hactenus non reſtituetur, & ſi egenti crediderit, cedendo actiones liberabitur, *l.27.§.1.ff. h.t. d.l.1. ibique Seb. Brandt. C. ſi adv. cred.* permutationem, *l.62. de jur. dot. ibique Conſultiſſ. D.D. Ludvv. Fautor ac Præceptor quondam meus in Lycæo Altorff. pl. honorandus in præl. publ.* Commodatum, depoſitum, *arg. l.9.§.2. ff.h.t. Odd. q.53. art.1.* Pignus, ſive ab alio ei datum fuerit, & amiſſum *arg. d.l.27. §.2.h.t. ubi reſtituitur actio in pignora,* ſive à ſemetipſo aliis, indeque ſubſecutam venditionem, *l.7.§.1. ff. de diſtr. pign. rubr. C. ſi adv. vend. pign. ibique Weſ.* maximè ſi fraudulenta intercesſerit creditoris venditio emptoris conſilio participante. *l.2.*

C.de

*C.de præd. min.* Si tamen venditio fluat ex jure pignoris cum præ-deceſſore initi, procul dubio minor non reſtituetur, *l.2. Cod. d.tit.* uti nec contra pignus judiciale niſi grande ejus appareat damnum, *l.1. Cod.d.tit. & l.9.princ. ff.de minor.* promiſſionem, etiam alternativam dando rem pretioſiorem, *l.7.§.7.h t.* fidejuſſionem, ſi eo nomine ſe vel rem ſuam etiam pro patre (ſecus tamen ſi pro incarcerato aut captivo, *arg.N.115.c.3.§ 8.*) obligaverit, & ſe circumventum doceat, niſi defuncto debitori ſucceſſerit vel in rem ſuam fidejuſſerit *l.7 §.3.h.t.l.2.C. de fid.min.l.8.§.1.ff. qui ſatiſd.cog.* An verò hæc minoris ejuſdemq; fidejuſſoris reſtitutio proſit confidejuſſori, *vid. in l 48. §. 1. ff. de fidejuſſ.* emptionem venditionem, etiamſi abſque ulla colluſione *l.49.h t,* decreto Prætoris interveniente *l.7.§ 1 l.27.§.1. h.t.l.1. C. ſi adv. vend.c.8 ext.de reſt.in int.* & urgentibus creditoribus eſſet facta. *l 47. d t.* imò licet emptor rem ſex ferè annis poſſediſſet & eam longè latéque meliorem feciſſet *l.39.§.1. ff.d.t.* pretium tamen minor reſtitutus & locupletior factus cum refuſione meliorationum & expenſarum neceſſariarum atque utilium, nec nimis gravium reddere tenetur. *d.l 39.vid.* l.24. *§ 4 d.l 27.§ 1 in f.h.t.l.32.§.4.de adm.tut.l.7.§.5.in f.h.l 38 ff. de* R.*V.l.25. de pign.act.* Quid ſi minor pretium reſtituere nolit pœnitentiâ actâ, numquid ab adverſario, cui per conſequens jus quæſitũ ex ſententia, cogi poterit. Negat *IC. in l.41.h.t.* duabus aſſignatis rationibus, 1. ex *l. pen. C. de pact.* 2. quia nemo poteſt conqueri, ſi noluit uti impetratis, cum ad ea impetrãda cogi non potuiſſet, quem text. *Bl.ibid.* dicit eſſe ſingularem, & procedere in omnibus his, quæ ſunt acquiſita jure ſpeciali & extraordinario. *add. Duar. h.* locationem fortè ſub modico canone factam; ſumtus tamen meliorationis colono refundendi ſunt *c.1.extr. de reſtit.in int.* Societatem *d. l.7.§.1.h. t.* mandatum *l.1.C. de fid.min. l.13.ff.h.t. l.48.& l 23. h.t.*

(*i*) Adverſus Quasi Contractum reſtituitur minor, puta 1.
geſtionem negotiorũ, *l 24.pr.h.* tutelæ, *l.3.§.1.l.28.& l 45.ff.& l.7.C. h.t.l.1. C.ſi adv.rem judic.* damnoſæ hereditatis (*l 16.C. de jur. deliber. junct.l.6.& 11.§.5.ff.h.t.*) aditionem, licet major factus exegerit aliquid à debitoribus paternis. *l.3.§.2.h.t.l.7.§.5. eod. §.5. Inſtit. de hered. qual.l.57.§.1. de acquir. vel om. her.* citatis citandis *auth. ſi omnes. & t. t. C.ſi min. ſe ab hered. abſt. ibique Weſ. Nov.119.c.6.* & geſtis antea per minorem quoad legata, debita & libertates non retractandis *l.44.*

*ff.de A.H.l.22. & l.31.h.t. l.3. C.de teſtam.man. l.90. ff. de ſolut. iung. l.5. de condict.indeb.* eaque reſtitutio etiam fidejuſſori minoris qui datus eſt obligationis hereditariæ nomine prodeſt, *l.89. d.t. de Acquir. hered.* An etiam ſubſtituto, ita ut quæ per hereditatis aditionem evanuerat ſubſtitutio, reconvaleſcat. Dico, quod ſic, *ex l.44. de re jud. l.6.§.2.& 3. de bon.libert.& l.61. de acquir. hered.l.7.§.10. h t. l.38.§ 4.de uſu . Azo ad d.t.C. ſi min.ſe ab hered. abſtin.n.fin.* adeò ut etiam ex ſententia contra inſtitutum ante reſtitutionem lata conveniri poſſit ſubſtitutus *d l.44.de re judic. Mynſ.ad pr. Inſt.de vulg. ſubſt.n.40.* Idem porrigitur ad jus accreſcendi, quod hoc caſu noſtro, (licet aliàs pars ſemel acquiſita, conjuncto non adcreſcat.*l.un.C quand.non petent.part. & l.un.C.de cad.toll.*) conjunctis reſtituitur *l.61 ff.de acquir. hered & l.pen.ff.eod.* fideicommiſſi aut legati oneroſi acceptationem *l.33. ff.d.t.* judicii ſuſceptionem, nam & judicio quaſi contrahitur, *l.3.§.11. de pecul.* ſed eâ de re *jam ſuprà lit.g. pluribus fuit actum.*

K. (*k*) Adverſus DISTRACTUM reſtituitur minor, putà ſolutionem & activam *l.7.§.7. & l.42.ff.h.l.98.§.2.de ſolut.* & paſſivam h.e. factam ipſi minori, vel etiam Curatori abſque decreto judicis. *l.7.§.2.l.32.h.t.l.1. C. ſi adv.ſolut.l.64. de fidejuſſ.l.25.C.de adm.tut.l.96.ibiq; gl. de ſolut.* quo accedente demum pleniſſima ſolventibus obtingit ſecuritas, *dd.ll. Weſ. in π.C. d.t. ſi adv. ſol.* Item adverſus ſolutionem indebiti per errorem Juris à minore factam *l.2. C.d.t.* niſi eſſet indebitum ope exceptionis peremptoriæ odioſæ. *l.7.§. fin. de SC. Maced. junct.l.40. ff.de condict. indeb.* novationem *l.27.§.3.l.40.l.ult.h.t. Mynſ.ad §.3. I.quib.mod.toll.obl. n.7.* acceptilationem, *d.l.27.§.2. h.t. & l.7. C.eod.* tranſactionem, *t.t. C. ſi adverſ.tranſact. ibique Cujac.* Intellige, ſuper re mobili quæque ſine decreto judicis alienari poteſt *t.t.C. quand. decret. op.* aut immobili cum judicis decreto factam *l.4.C. de præd. min. inquit Azo ad d.t.C. ſi adv. tranſact. n. 4.* Contra illam tamen tranſactionem, quâ curator aut tutor injuriam minori à pupillo factam remiſit, modò citra eorum dedecus hoc fiat, reſtitutioni non eſt locus, *arg.l 37. de minor. Dn.Harpr. ad § 12.I.de injur. n.58.* Diviſionem *d.t. C. ſi adv.tranſ.vel diviſ.* habitâ & rerum & perſonarum ad eam provocantiũ ratione *l.1 §.2. ff.de reb.alien.non alie. l.pen.C.de præd. minor. l.4.C.comm. divid. d l.7.pr ff.h.t.§.5.* ibi ſicut in cæteris omnibus cauſis *I.de hered. qual & §.33. Inſt. de act.*

L. (*l*) Puta in arrogationẽ ſe dando, *l 3 §.6.h.t.ibiq; Cujac.* ſciẽter cum

falſo

falſo tutore cõtrahendo *l.4.ff. quod falſ.tut.* Voluntatẽ ſive judiciũ defuncti agnoſcendo & ſic querelæ inofficioſi vel bonorum poſſeſſioni tacitè renunciando, *l.8.* §.1. C. *de inoff. teſtam.* Inſtitorem præponendo *l.11.* §.1. *ff. de inſtit. act.* feudi renovationem damnosè faciendo, *Dn. D. Ludvv. in tr. de renov. inveſt. c.1. circ. fin.* noxæ dedendi facultatem ſibi adimendo, *l.26.§.pen. & ult. ff. de noxal. act.*

(*m*) Intellige, ſuo & proprio nomine; Nam in his quæ ex contractu vel geſtu defuncti, non minoris facto proprio, deſcendunt, utitur jure defuncti non ſuo, adeoque nec reſtitutioni locus eſt, niſi aliquid ad illum actum pertinens ſit ſimul cum herede minore geſtum, *text. in* l.38. *ibique Br. ff. h.t. l.2. C ſi adv. vend. pign.* l.1. *in f. C. de fil. min. l.2. C. de his quib. ut indign. l. ult. C. ſi adv. fiſc. fac.* l.3. *quib. ex cauſ. in poſſ.* l. *ult. ff. de naut. fœn. Schn. ad* §. *fin. Inſt. de autor. tut. nu.15.* Idem eſt, ſi alieno nomine, puta, procuratorio, inſtitorio geſſerit, ut niſi de ſuo quid expenderit, idque ab eo cujus negotia geſſit conſequi non valeat, reſtitui minimè poſſit, cum aliàs hoc modo non tàm ipſi quam majori ſubveniretur, id quod Prætori propoſitum non erat, *l.33. & l. ſeq.* l.3.§.4. *ff. h.t.* M.

(*n*) Cum in lucro quoque minoribus ſubveniatur *l.7.§.8.* l.44. *h.t. l. pen. C. eod.* l.11. C *de iur. & fact. ign. iung* l.17.§.3. *de uſur.* adeò ut etiam affectionis habeatur ratio, quando majorum ejus fuiſſet res, & ipſe adjectione ab alio in emptionem penes ſe collatam ſuperetur, *l.35. h.t.* modò parcè id fiat, *d.* l.7 §.8. *h.t. C.I.A.h.* θ 41. Reſtituitur itaque minor, ſi non adiit vel immiſcuit ſe hereditati opulentæ; ſed eam vel omiſit vel repudiavit, vel illi renunciavit, Ita quidem, ut repudiatâ ſucceſſione paternâ, hereditatem avitam, licet antea non adierit, nunc obtinere poſſit. *l.22. ff. h.t. t.t. C. ſi ut omiſſ. her. l.2. C. de iur. & fact. ign.* ſive res integra ſit, ſive non, *l.24.§.2. ff. h.t. l. ult. C. de repud. her. ſupr.* θ.4. *lit. a.* Salvo tamen jure collationis, *l. ult. C. d.t. ſi ut omiſſ.* nec non iis, quæ antea per curatores geſta fuêre, *d.l.22. h.t.* §.5. *Inſt. de eo cui lib. cauſa bon. add. ibique Dn. D. Locam. lit. e. l.4.* § 2. *ff. de fid. lib.* Quin imò ita reſtitutus pro eadem rurſus deſerenda reſtitutionem obtinere poteſt. *d.l.7.§.9. h.t. vid. tamen l. ult.* §.11. *& ſeq. Cod. de bon. quæ lib.* Idem eſt, ſi bonorum poſſeſſionem, aliamve ſucceſſionem, legatum, optionem delatam, libertatem fideicommiſſariam, non agnovit vel quacunque ratione læſus fuit, *rubr. ibi: vel* quid aliud, & *l. ult. C d.t. ſi ut omiſſ. hered. l.3.* N.

§.7.l.5.l.7.§.3.& 4.l.24.§ 2.ff.h.t.l.21.ad L.Falid.l.1.C.ſe.adverſ.libert.l.1.§.21.ff.de collat. ſi beneficiū Eccleſiaſticū non retinuit vel adquiſivit, ſed vel reſignavit. vel illi renunciavit, arg d.l.7 § 8.h.t.& l.8.C. eod. conſ.Sich.ad l.6.C.d.t.diſſ gl.in l 7.verb.quid aliud.ff.h.t. Si nō interrupit præſcriptionem aut uſucapionem rerum ſuarum priùs ceptam, vel præſcriptionem 30.vel 40.annorum; l.un.C ſi adverſ.uſucap l.ult.in f.C.in quib.cauſ.reſtit.in int.neceſſ fac.l.45.ff.h t. Si non tranſegit, quod facere debuiſſet potiùs quam actionem pœnalem dupli vel quadrupli pati l.9 § 2.verſ.ergo & ſi ff h.t. cæteroquin adverſus omiſſam tranſactionem, quam in lite cum ſuccubuit deſiderat, reſtitui nō debet, Odd.q.66.art,5.ubi hoc ipſum judici remittit conſiderandum. quo ſcil.animo minor à tranſactione deſtiterit, ſi non objecit compenſationem, l.3 ff.de compenſat.junct.l.6.ff. h. t. ſi non ſolvit cenſum rei emphyteuticæ adeoq; caducitatem incurrit.l.23.ubi gl. C. de admin.tut. Dd.in l. 2. C. de jur.emphyt. Si patrem non certioravit, ut ab eo emanciparetur ad hereditatem adeundam.l.3.§.8.ff.h.t. ſi non petiit debito tempore feudi inveſtituram 2.F.55.in fin.pr.ibiq; Feudiſtæ. Roſ. de Feud.c.6.conc.79 ſi jure retractus non eſt uſus c.8.ext.de reſtit.in integ. ſi allegationem, appellationem &c. omiſit, de quib.jam ſupr.lit.g. Et quæ ſunt ejus generis alia ex ſedula juris textuum evolutione nullo negotio eruenda.

O. (o) Ejuſq; heredes, l.7.& 14.ff.h.t.l 6.& 7.C.cod. Weſ.in π.n.3.C.d.t. ſive gerentes ſint principales, ſivè fidejuſſores l.13.in fin.pr.h.t. ſive ſui juris ſive filij familiàs, ſive maſculi, ſive fœminæ, cum ætatis magis quàm Senatus conſultorum habeatur ratio, l.11 § pen.& ult.h.t.l.9, in pr.de jur.& fact.ignor l 15.§.2.ad Sctm. Macedon.add.l.24.§ 3.h.t. etiam contra Fiſcum, venditionis inter ipſum & minorem vel perſonam extraneam in re tamen minorum celebratæ reſcindendæ cauſa t.t.C ſi adv.fiſc.ibiq; gl.& Duar patriam, Oſterm d.D.8.14. & Tutorē l.28.& l.45.§.1.h.t.d.l.7.C.eod. non verò contra minorem, qui & ipſe captus eſt, quippe tunc melior cauſa eſt conſumentis. l.11 § 6.& l.34.in pr.h.t. nec contra Parentes & Patronos utriuſq; ſexus, ob perſonarum reverentiam & rationem naturalem, quæ præſumptionem deceptæ teneræ ætatis contra naturæ jus facere non permittit, l.27.§.fin.h.t.l.ult.C. qui & adv.quos in int.reſt.ib q;.Dan.Venat. niſi id facerent jure hereditario arg.l.22.§.fin.ff. de inoff.teſt.§.4.& 5.Inſt.eod, Specul.d.lib.2.part.3.de reſtit in integ.n.4. vel adverſus matres,

tres, quæ contra juramentum præſtitum ad ſecunda vota tranſie-runt, *Nov. 155. c. 1 & 2.* vel deniq; jure actionis ſub qualitate illius in factum, vel ob cauſam abſentiæ alteriuſve juſti impedimenti te re-ſtitui peterent, *l. 5 C. de dol. Br. & Dd. comm. in d. l. ult. C qui & adverſ. quos. Odd. p 1. q. 18. art. 3.* Et hæc quæ de reſtitutione minorum adverſus illos ipſos, qui læſerunt præcipuè danda diximus, regulariter obtinent: Aliquando tamen extra ordinem quoq; contra tertium poſſeſſorem (*cæteris paribus*) reſtitutio æquitatis intuitu conceditur, puta, ſi alter fortè non ſit ſolvendo, ſi ſciens minorem læſum eſſe acquiſiverit & ſi minoris interſit rem ipſam potius habere, *l. 9. l. 13. §. 1. l. 14 l 25. l. 39. §. 1 h. t.*

(*p*) *L. 1. in pr. & § 1. & l. 24 §. 2. ff. h. t.* ubi totum hoc ex cogni-tione Prætoris dicitur pendere, *l 2. C. ſi ut omiſſ.* nec enim Prætor hic regulariter utitur duplici (*quod Practici vulgò conſtituunt*) judicio, re-ſcindete & reſciſſorio: ſed officio ſuo nobili totum expedit, & ſta-tim (ſolenni tamen judiciorum more ſervato *ſupr. θ. 8.*) reſtituit, re-ſtituendo reſcindens & reſcindendo reſtituens *Maur. d. tr. c. 2. n. 4. & 9.* Aliquando tamen extra ordinem quoq; dat læſo minori acti-onem, *ut in l. 15. l. 13. §. 1. h. t.* aliquando adverſus ipſum agentibus eam denegat, *l. 27. § 1. h. t.* P.

(*q*) *L. 11. §. 3. l. 13. l. 16 ff. h. t.* in cujus cognitione verſantur 1. Q.
Ætas Minoris ſive minorennitas ab ipſo allegandal. *4. C. h. t. ibiq; Weſ. n. 4. l. 2. C. ſi min ſe major. dix. Mynſing. c. 4. obſ. 16. n. 1.* Quoties e-nim de ætate alicujus quæſtio incidit, neq; major, *ut gl. putat in c. 8. verb. ſecundæ. ext. de proba* neq; minor quiſquam præſumitur *ut eadem vult in l. 43. verb. probandum. in fin. h. t.* eò quod præſumptioni de præterito ad præſens hic locus eſſe non poſſit, *l. 32. l 43. h. t. l. 9. C. de probat. Sich. ad l. 4. C. eod. n. 2. & ſeqq.* Sed is probare debet, qui in ea ſe fundat, *l. 13 ff. de probat. c. 8. ibiq; gl. ext. h. t. Maſcar. vol. 1. conc. 315. n. 14.* Probatur autem ætas teſtibus vel Inſtrumentis *l. 3. in pr. & §. 1. C. de his qui ven. æt. impetr.* profeſſionibus h. e. libris natalibus, quib. na-tos ſibi liberos apud acta profitebantur Parentes, *l. 3. l. 16. l. 29. §. 1. de probat. l. 2. §. 1. de excuſ. tutor. l. 1. C. d. t. ſi min. ſe maior. dix. ibiq; Cuiac. l. 6. C. de fid. inſtrum. l. 15. l. 22. C. de liber. cauſ.* Item per aſſertionem obſtetri-cum *arg. l. 3. §. 5. de Carbon. Edict.* & libros tàm cenſuales *l. 3. ibiq; Gotho-fr. ff. de cenſib.* quàm paræciales, quod uſu etiam apud nos ſervari te-ſtatur *Treutl. d. D. θ. 8. lit. h.* per confeſſionem deniq; adverſarij, *arg. l.*

§.fin.ff.depoſ.& alias demonſtrationes legitimas,d.l.2.§.1.de excuſ. tutor. Parentum enim & cognatorum aſſertiones ſive teſtimonia (ſecus ac in privatis ipſorum libris, quibus dies filiorum ſuorum natales ſignare ſolent) ſemiplenam tantùm probationem faciunt,gl.ad d.l.16.de probat.Bach.& Hunn.ad Treut.d.loc. 2.Læſio,l.44.h.t.l.9.§.4.de jureiur.ratio eſt in l.7.§.8. & l. 24.§.1.h.t. ne ſi indiſtinctè minoribus ſubveniatur,quod in commodum ipſorum introductũ vergat in damnum, nemine ſcil.cum talibus contrahere volente, arg.l.11.ad Vellei.junct.l.2.§.5.in fin.de aq.pluv.arc.l 6.C.de legib. Eaq; vel enormis & magna,l.1.C.ſi adv.vendit.pignor.l.pen ff de minor.non modica vel rei minimæ,l.16.§ pen.eod.l.4.ff.de in int.reſtit. vel mediocris arbitrio judicis ex qualitate negotij æſtimanda,d.l.4.Weſ.in ϖ.C.h.t.n.2.& ſecundum tempus contractus(non ex poſtfacto) judicanda,l.11.§.3.& 4.ff.h.t.Giurb.deciſ.105.n.3. Odd.d.§.1.q.4.art.5.Contingit autem læſio (ſuprà lit. f. dupliciter, vel facilitate minorum, idq; rurſus tribus præcipuè modis (ſup lit.e.) vel dolo adverſariorum quorum alterutrum ad reſtitutionem ſufficiens eſt,l.5.C.h.t.l.1.§.4.ff.de dol.d.l.44.& Weſ.in ϖ.h.n.2. modò (ſi non ex ipſius actus facie manifeſtè appareat læſio,l.1.C.h.t.ibiq; Sich.l.7.§.3.ibiq; gl.verb. doceat &.§.11.ff.h.t.l.36.eod.fac.t.t.C.ſi adv.cred.Tr.d.D.15.lit.a.Marant.d.p.6.n.83.& Mynſ.lib.4.obs.16.n.5. & 17.per tot.)legitimè & ſufficienter à minore probetur,d.l.5.C.h.t.d.l.11.§.3.ff.eod. Nec enim utiq; qui minor eſt,ſtatim circumſcriptum ſe docuit,l.9.§.4.ff.de jureiur. nec qui ſobriè ſua adminiſtrans occaſione damni non inconſultò accidentis,ſed fato,velit reſtitui,erit audiendus,quoniam non capitur qui jure communi(vel ſtatutario ſ.conſuetudinario l.32.§.6.ff.de admin.tut.)eſt uſus, l.fin.C.h.t.l.116.§.1.de reg.Iur.l.11.C.de tranſact.l.51.§.4.ff.de fidejuſſ.& non mali eventus,ſed inconſulta facilitas & ætatis lubricum,indeq; præſumptivè proveniens læſio(vid.ſup.lit.f.)pariunt reſtitutionem vid.l.11.§.3.h.t. 3.Utrum illi ſoli ſuccurrendum ſit,an etiam fidejuſſoribus,l.13.pr.ff.h.t. de quo jam ſup.lit.c. 4. Num fortè alia actio poſſit competere citra in integrum reſtitutionem: Nam ſi minor ipſo jure tutus eſt,ut in d.l.16.§.1. & 3.l.12.ff.h.t.l.4.C.ſi tut. vel cur.int.l.fin.pr.C.ſi adv.don.t.t.C.in quib.cauſ.in int.reſtit.nec.l.1.C.ſi in commun.l.1.C.ſi min.ab hered.l.3.C.ſi adv.libert.l.53.ff.de manum teſt. Inſtit.quib.ex cauſ.man.non lic.l.4.C.ſi adv.rem jud.l.30.ibiq; gl. de reb. aut jud.poſſ.l.1.§.10.in fin.ad Turpill.l.5.pr.C.de ſponſalib.l.12.de acquir.

hered.l.1.2.11.C.de præd. minor. l.pen.C.ex.quib.cauſ.inf. &c. vel munitus auxilio ordinario, non debet ei tribui hoc extraordinarium reſtitutionis remedium, d.l.16.pr.h.t.ſup.θ.1.lit.d.& hâc ipsâ θ. lit.b. Deniq; in cauſæ cognitione perpendi debet, an ſubſit etiam impedimentum ob quod reſtitutio denegetur; Idq; 1. RATIONE REI, ut eſt LIBERTAS, cui Jura magis favent quàm minoribus, l.10.§.ult.h. ut quæ juris publici eſt, l.53.ff. de fidei com. lib. quod privatorum juri præponderare debet, auth.res quæ C.comm.de legat. Weſ.in ϖ.C.ſi adv. lib. Libertatem verò intelligimus jam competentem, vel ex facto minoris, vel ſententia in Judicio liberali lata confirmatam l.9.§.ult.l. 48.§.1.de minor.l.7.de dol.& l.9.ff.de appell.l.1.& l.ult.C d.t.ſi adv.lib.non competituram, d.l 1.quamvis alio modo minori conſuli, d.l.1.& 3.l.11. pr.h.t.l.8.§.2.ff.de leg præſt. Imò ex magna cauſa etiam reſtitutio à Principe impetrari poſſit, d.l.11.pr.jūct.l.ult.ff.de off Præſ.C.1.A.h.θ.55. SERVITUS, hoc eſt, VENDITIO ſui ipſius ad preciū participandū, l. 9.§.4.ff.h.t. HASTA FISCALIS, cujus fides cōvelli nō poteſt à debitore ſeu rei venditæ domino, quamvis minor ſit, l.5.C.de fid.& jur.haſt.fis.lib.10 junct.l fin.C.ſi propt.penſit.publ.l.fin.C.ſi adv.Fiſc. Ampl.& Conſ. D.D.Tabor in Diſp.ſua Inaug.de fid.& jur.haſt.fiſc.θ.25. C.I.A. de reſcind. vend.θ.5.n.15. Executio pœnarum ubi agitur de vindicta & ultione aliqua l.37.ff.h.t. præſcriptiones nonnullæ temporales, l.37.§.1.h.t. l.2.§.1& l.6.C.ne de ſtat.deſ. matrimonium, quod ſemel rectè contractū (licet cum vetula exdentata ut Spec. inquit de reſtit.§.qualiter n.5. & quamvis nec dum copula ſit cōſummatum arg.l.30.ff.de reg.jur.) diſſolvi non debet, niſi ob cauſas jure divino approbatas Matth.5. gl.in.c.ex part.verb.quamvis minor ext.de reſtit.in int. votum aliaq; jura ſpiritualia, tex.cum gl.in c.dilecti ext.de his quæ vi met. Weſ.in ϖ.ff. de R. N.n.8.& in C.h.t.n.6.in fin.Spec.d.loc.n.6.ubi ratio.Gail.2.obs.93.n.13.in fin. DELICTUM, ſed DOLOSUM ſive ſit commiſſionis ſive omiſſionis, l 9.§.2.& 5.& l.37.ff h.t.per rationes elegantes in l.1. C.ſi adv.del.l. 6.C.de ſicar.l.2.& 3.C.ſi min.ſe maj. P. Halß Ord. art. 164. junct.l.1.ff. de dol.l.2.C.d.t.ſi min.l.2.§.2.& 3.ff.ad Vell.d.l.37.h.t.in fin.l.48.§.1.de R.N.fac.l.fin.§.12.C.de jur.del.l.70.§.ult.ff.de fidei. non culpoſum, etſi lata culpa intervenerit; l.223.& l.226 ff.de verb.ſign.gl.& Dd.in l.8. ff.de edend. Weſ.in ϖ.C.de dol.n.2.& in ff.eod.n.4.& in tit.C.ſi adv.del. quò referri quoq; poſſunt contumacia l.8 ff.h.t.junct.d.l.8.& l.1.§. fin.ff.de edend. niſi ex aperto dolo procedat. Bach.d.θ.12.lit.d. Et delicta non-

cta nonnulla quæ cadunt in juris ignorantiam. *l. 1. C. ſi adv. del. l. 9.*
*§ pen. h. t. l. 5* ff. *ad L. Corn. de falſ. l. pen. pr.* ff. *de jur. & fact. ignor. l. 38 §. 4*
ff. *de adulter. Nov. 1 c 4. §. 1. Cuiac. ad d. tit. C ſi adv ſolut. & Weſ. ad d. t. C.*
*ſi adv. del.* Sed & in delicto doloſo eoq; graviori, miſeratio ætatis
interdum ad mediocrem pœnam judicem perducere poteſt, *d. l. 37.*
*§ 1. h. t. l. 108. ibiq; Dd.* ff. *de reg. Iur. Weſ ad d. tit. C. ſi adv. del.* quando
videlicet cum minori ætate (nam de impuberibus dubium nullū
eſt, *c. 1 & 2. ext. de delict. puer. l. 1. §. 32. & ſeq.* ff. *ad Sylan. l. 23.* ff. *de furt.*
*ita ut Bald. in l. 3. C. ex quib. cauſ. infam.* impuberem quantumsvis doli
capacem, ſi homicidium commiſerit, decapitandum eſſe neget, *al-*
*leg. à Schneid. ad § 33. Inſt. de action. n. 7.*) circumſtantiæ aliæ concur
runt, quæ pœnæ mitigationem omninò ſuadeant, *ut rectè Ph. Matth.*
*ad d.* l. 108. *n.* 27 2. Ratione Personæ, cōtra quam l. *fin. C. qui & adv.*
*quos in int. vid. ſup.* lit. *o,* 3. Ratione Facti Minoris, quod vel
*præcedit rem geſtam,* ut fallax & doloſa ætatis majoris aſſeveratio
*t. t. C. ſi min. ſe mai.* quando alterius circumveniendi cauſa (ſecus er-
gò ſi per errorem aut fraudem adverſarij) ſe maiorem (idem, ſi mer-
catorem, *iuxta Tileman. d. D,* 11. *θ.* 28.) dixerit, & ex aſpectu, id eſt, ex
conformatione & figura corporis perſuaſerit adverſario, ſe eſſe
maiorem, ut quia longiorem geſtârit barbam quàm pro ætate, aut
quia rugæ aliquæ in eius vultu, aut cani aliqui capilli in eius capi-
te apparuerint, *l. 2. & 3. C. d. t. ſi minor. l. 32.* ff. *h. t. l. 2. §. 2. & 3. ad Vellei.*
*Bocer. claſ. 6. D. 10. θ. 55. Mynſ. C. 4. obs. 20. Gail. 2. O. 65. n. 1.* Si tamen & ad-
verſarius, quo cum contraxit, in dolo fuerit, reſtituetur minor, *l. 7.*
*C. h. t. ubi Sich. n. 4. Mynſ. d. loc. n. 3.* Impetratio veniæ ætatis *tot. t. C. de*
*his qui ven. æt. imp. ibiq; Duar. & Dd. de eiuſdem requiſitis;* quam ſolus Pr.
vel Imperator causâ cognitâ concedit: Eſt enim de reſervatis
Cæſaris nec Cameræ quidem Imp. (*contra Bocer. d. D. θ. 70.*) commu-
nicatis, *Th. Mich. de Iurisd. θ. 23. in fin.* Effectus ejus eſt ſecurè & liberri-
mè (exceptâ rerum immobilium alienatione & ſuppoſitione, ne
cum opinioni præſtare volumus, utilitatem publicam lædere vi-
damur, *Cuiac. ad d. t.*) contrahendi poteſtas *l. 2. & 3. C. d. t. l. 5. pr. C. de*
*ſponſal.* viâ reſtitutioni in integrum omnimodò præcisâ ne quis
Principali authoritate circumſcribatur *l. 1. C. d. t.* Idq; procedit (per-
inde ut in reſtitutione minorennitatis adverſus ipſam veniæ impe-
trationem *Tr. d. D. θ. 13*) ratione contractuum futurorum, non præ-
teritorum, quorum nomine ex tempore intimatæ veniæ competit
quadrien-

quadriennium,ita,ut ſi poſt illud adhuc minor 25. annis conſtitu-
tus ſit, auxilium reſtitutionis ipſi non denegetur *l. 5. & l.ult.* C. *de*
*temp.in int.reſtit.* Cæterùm (quod ἐκ παρόδου notandum) prædicta
res ſuas liberè adminiſtrandi poteſtas, ob quam etiam à curatione
liberatur is qui veniam ætatis impetravit, eò uſq; ſe non exten-
dit, ut fratrum quoq; aliorumve inpuberum tutelam quis admi-
niſtrare poſſit, *l.fin.C.d.t.* niſi ad hoc quoq; ſupplementum ætatis
ab Imp acceperit *arg.d.l.fin.junct.§.2.l.qui teſt.tut.& §.fin.Inſt.de fiduc.*
*tut.ibiq; gl.C.I.A.h θ.86.in fin. Arum.vol. 2.dis.7 concl.* 21. Hinc eſt quod
talibus perſonis *in Camera* pro confirmatione tutelæ ſupplicanti
bus denegari ſoleat ipſorum petitio, quod recens obtigit *Ill.& Gen.*
*Dn.H. Fr. Com.de H. L.* quamvis de præjudicio contrario eoq; ſin-
gulari in eadem præluſtri Familia atteſtetur *Limn.de I.P.tom.* 4. *ad-*
*dit. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 155. *Vel ſequitur,* & ſæpè multò poſt, ut majoris
facti ratihabitio, quâ comprobavit id, quod in minorennitate geſ-
ſit, vel expreſſè, putà verbis *l.5.ff.rem.rat.hab.* ſcriptura *l. un.* §.1. C *de*
*contr. jud.arg.l.*38. ff. *de O. & A.* facto, perficiendo ceptum contra-
ctum ſine dolo adverſarij, aut rem ex priori contractu exigendo,
recipiendo, &c. *l.* 3. §. 1. *h. t. l.39 eod.l.2.C.de his quæ vi l.7.§.1. de*
*liber.cauſ.Weſ.in π.C.d.t.l.4.de C.pact.int.emt.l.9.C.de condict.ind.l.7.de*
*Leg.Commiſſ.* niſi hoc ex conſequentia eius fluat, & alia (*quæ pulchra*
*eſt Dd.theorica*) quàm ratihabitionis capi poſſit conjectura, *d.l.3.§.2.*
*h.t. Sich.ad d.l.4.facere*, vel tacitè, per lapſum quadriennij continui,
*arg.l.ult.C.de temp.in int.reſt.d.l.un.C.de contr.jud l.4.C.h.t.l.ſupervacu-*
*um C.de temp.app. Azo. h. n.* 12. *Schn. ad §. ult. I.de aut.tut.n.* 21.
*Weſ. in π.ff.de reb.eor.n 5.in fin.& ad Schn.in not.d.loc.Idem in C.h.t.n.*
*4.in fin.& ad t. C.ſi maior. fact.in fin.Vel intervenit in re gerenda, aut in*
*continenti adhibetur,* ut eſt interpoſitio juramenti corporalis à
minore pubere doli capace ſuper cõtractu valido facta *l.1.& aut.h.*
*ſacramenta puberum*(*quæ deſumta ex c.Hâc Edictali 2.F.53.in fin. C.ſi adv.*
*vend.Schn.ad §.11.I.de action.n.5.Mar.d.p 6.de appell.n.91. & ſeq.* etiamſi
certioratio ſive præmonitio de privilegio, quam adhiberi quidem
tutiſſimum eſt, vel ſpecialis renunciatio, non præceſſerit, *c. ex re-*
*ſcripto 9.ext.de iureiur.* Dixi ſuper contractu valido; Nam quoad in
validos (hoc eſt Iure Civ. ex ſpeciali aliqua ratione improbatos)
diſtinguendum eſt inter *Ius. Civ.& Canon.* Illo Jure, quippe de-
ficiente ſubjecto, nulla eſt hæc cõfirmatio *l.7.§.10.ff.de pact.l 112.§.*

 *fin.de*

*ſi de leg.* 1. C. *I. A. h.* θ.7 *Secus eſt Iure Canon. c. quamvis de pact. in 6. c. cū contigat c. etſi Chriſtus ext. de iurejur. c.* 8. *ext. de probat.* Illud quoque notandum, per Prælatum Eccleſiæ jurantem induci non poſſe, quò minus Eccleſia læſa ſit loco minoris, & in integrum reſtitui poſſit, *per gl. notab. in c.* 1. *verb. contract. de reſtit. in int. in* 6. *Sich. add. auth. n.* 4.

R. (*r*) Ut jus ſuum integrum cum omni cauſa recipiat, l. 24. §. 4. l. 27. §. 1. *&* 2. l. 9. l. 40. *h. t.* Et reciprocè, quidquid ad eum occaſione læſionis ex dominio vel ex conventione, & quovis actu pervenit, hoc reputet, id eſt, reddat, vel compenſet, in quantum inde locupletior eſt, eoq; magis, ſi dolo ipſius factum ſit, quò minus perveniret, l. *un.* C. *de reput. quæ fiunt in iud. reſt.* *Weſ. in* ϖ. *ff. h. t. n.* 9. C. *I. A. h. t. de reſtit. in int.* θ. 39. *conf. ſupr. ad.* θ. 11. *notata.*

## *THESIS XIX.*

Quarta Reſtitutionis cauſa eſt Status Mutatio (*a*) ſive minima capitis diminutio, (*b*) per quam extincta prior actio (*c*) creditori (*d*) à Prætore (*e*) reſtituitur (*f*) ita quidem ut perpetuò (*g*) contra arrogatum in ſolidum, (*h*) contra emancipatū in id quod facere poteſt (*i*) agere liceat.

A. (*a*) *L.* 2. *ff. de in int. reſtit.*

B. (*b*) Ad hanc enim Edictum *de cap. min.* (quod attinet ad reſtitutionem) ſolùm, non ad maximam & mediam capitis deminutionem pertinet, l. 2. *pr.* l. 3 § 1. *&* l. 3. § 5. l. 7. § *ult.* ff. *h. t*, ut propterea vocabulum *ſtatus in d.* l. 2. *de in int. reſtit*, (*ſecus ac in* l. 9 §. 4. ff. *de minor. &* l. 1. § 8. ff. *ad Sc. Tertyll.*) reſtringendum ſit ad ſtatum hominis, prout dicitur *in d.* §. 3. *l. d. t*, hoc eſt, *explicante Vlp. in* l. 6. ff. *d. t.* ad privata hominis & familiæ ejus jura, ſive ad eam capitis diminutionem, quæ ſalva civitate, & libertate contingit, qualis eſt minima. *e.* l. *ult. &* l. 5. §. 2. ff. *h. t.*

C. (*c*) Hæc enim generalis, ſumma & principalis ratio eſt amittendi actiones, familiæ ſive ſtatus mutatio, per quam, *atteſtante Bocer. d. D* 10. θ. 32, novus quaſi homo fit, aut certè non is qui fuit tempore contractus vel quaſi (*ad delictum enim hoc Edictum non pertinet l.* 2. § 3. *&* l. 5. §. 1. *h t.*) adeoq; per hanc utpote civilē civilis, nō ea quæ naturalem habet præſtationem & in facto conſiſtit, amittitur actio. l. 8. *& ſeqq. h. t.* Cū ea cōcurrit ratio ſpecialior in emancipatione & adoptione generis nomē retinente, nempe, quod utraq; hominem

minem in imaginariam(*non veram arg.d.*l.2.*pr.& d.*l.7.§.2.*h.*2.) ſervilem cauſam deducat l.3.§.1, d.t.*l.ult.* C. *de adopt.* cui nulla obligatio civilis adhæreſcere poteſt,*arg.*l.209 *de R.I.* Ideoq; per fictionem illam juris, & imaginariam mortem, qui capite minutus eſt obligationi eximitur, C.*I.A.h.θ.*4. *Weſ.in π.h.pr.*

(*d*) Cujus debitor capite minutus fuit, idq; primariò & principaliter ex hoc Edicto, *d.l.*2.§.1.*h.t.* niſi eundem arrogaſſet creditor, & ſic tacito conſenſu remiſiſſet actionem.l.2 §4 *eod.* Sed & ipſi creditori capite minuto hanc reſtitutionem competere, ſi ſit civilis & ex cōtractu deſcendat actio, verius eſt *per tx.*l.8.*& ſeqq. h.t. Duar.ibid.& Tr.d.D.θ.*16. Heredibus quoq; & in heredes datur hoc judicium utpote rei perſecutoriū *d.*l.2.§ *fin.h.t.* D.

(*e*) Cui viſum erat iniquum & durum, creditores cum talib. bonâ fide contrahentes ſine cauſa & ex mera Juris ſubtilitate ſic ludificari ſuoq; fraudari debito, *d.*l.2.§.1.*h.t.* *Weſ.d.loc.& C.I.A. hi.θ.*8 E.

(*f*) Adverſus eos ſcil. cum quibus ante ſtatus mutationem, vel capitis diminutionem contraxit, perinde ac ſi ea non interveniſſet, *d.*l.2.§.1.*Tr.d.θ.*16.*lib.b.* adeoq; per negativam juris fictionem, dum fingit Prætor per capitis minutionem, (*quam non reſcindit Weſ.h.in π.n.*7.) actiones competentes extinctas non fuiſſe, *d.*l.2.§.1.*ibi.perinde.*ff.*h.t.* Hodie *pleriq; Dd.* huic Edicto locum eſſe negāt, ſed enācipatos ipſo jure & nativâ illâ actione directâ, quæ ex negotio, quod cum emancipatis ante geſtum aliàs orta eſt, tutos eſſe aſſeverant *Weſ.h.n.*6.*in fi.Bach.ad Tr.d.*loc.*lit.c.* Quod ceu falſo ſubnixum præſuppoſito, quaſi emancipatio hodie non eſſet amplius capitis deminutio, admitti non poteſt, *Boc.c.l.* *l.*1. *D.*6.*θ.*12. *Ampliſſ. & Conſultiſſ. D. D. Rebhan. Præc. ac Patronus meus pl. obſervandus, in Iſag. Iuſt. D.*3.*t.*16.*θ.*3. F.

(*g*) Intellige ſecundum naturam actionis, quæ ante cap. diminutionem competebat, *arg.d.*l.2.§.1.*& ibid.gl. ad* §.*ult.h.t.* G.

(*h*) Quia etiam in filium-fam. quamdiu in poteſtate eſt, in ſolidum competit actio.l.2.§.2.*h.t.* H.

(*i*) *L.*2.*pr.*l.5.*&* l.7. ff. *quod cum eo.*l.2. C. *eod* Beni namque conſulere debet creditor, *inquit Duar. hic*, qui mero jure amiſerat actionem, ſi obtinere poſſit actionem in id, quod facere poteſt emancipatus. *Add. omninò Weſ. in π. d.t. quod cum eo. n.*3.*& Old. cl.* 4.*act.*7 I.

*THESIS XX.*

Quinta Reſtitutionis cauſa eſt ABSENTIA, (*a*) quâ læſis (*b*) maioribus (*c*) abſentibus (*d*) vel præſentibus (*e*) prætor (*f*) causâ cognitâ (*g*) ſubvenit (*h*) poſt ſublatum agendi impedimentum (*i*) actionem reſciſſoriam (*k*) annalem (*l*) ad illud ipſum, ad quod prior actio directa competebat, (*m*) tribuendo.

A. (*a*) *L.1.ff.de reſtit.in int.* l.1.*pr.* & *t.t.*ff. & C. *ex quib. cauſ. maior.* tanquã potiſſima Edicti huius prætorii de maiorib. propoſiti pars, vel duo potiora eiusdem, capitula continens; cum in confeſſo ſit etiam aliud quodvis juſtum impedimẽtum licet non ex abſentia, ſed aliunde, & vel ab ipſo judice cauſatum, locũ facere reſtitutioni. *l.26.* §.2 4 6. & 9 *ff.d.t.ex quib.cauſ.maior, vid.θ.ſeq.* Et quidem enumerantur vulgò quinq; abſentiarum ſpecies *de quib.vid.gl. in l.fin.ff. d.t. de reſtit.in int. Add. Odd. p.1.q.5.art.7.*

B. (*b*) Sive amiſſione rei ſuæ vel actionis quam habuerunt, *d.l.1.§.1 l.4.l.26 § fin.h.t.l.2.C.de reſtit. milit.* ſive omiſſione lucri, ex alterius pœna vel damno non captati *l.17 § ult.l.19 l.27.* & *l.41.ff.d.t.l.6.de ſepulch. viol, fac.l.7.§.6.* & *7.* & *l.37.*ff. *de minor.* Weſ. *in* ϖ.*C.h.t. in fin.*

C. (*c*) Sc. ætate, non adminiſtratione. In dubio enim major vel minor ſemper intelligitur ætate, niſi ratio materiæ ſubjectæ aliud ſuadeat, *per l.15.§.fin.ff.de adopt.Schn ad §.20.I.de act.n.12.* Et quidem majoribus 25. annis *d.rubr.ff* & *C.ex quib. cauſ. major.25. ann.*

D. (*d*) Ex cauſa ſc. abſentiæ *juſtiſſimæ*, quæ vel negotiis Reipubl. datur, vel quam expreſſit neceſſitas aut vis major, *ut* Weſ. *inquit in* ϖ.*ff.h.t.n.1.per l.4 l.36.l.42.*ff.*eod.* Quales ſunt, qui juſto metu, puta majoris malitatis, *l.2.§.fin* & *l.3.* ff.*h t.l.5* & 6. ff. *quod met.cauſ. conf. ſupr.θ.14.lit.f.* qui Reipubl. cauſa (ſine dolo malo *l.4.* & *5. pr.l.36.l.37.l.42.* & l.26 *n.fi.h.t.ibiq;* Weſ. *in* π.*n.4.*) abfuerunt ex cauſa legationis, vel militiæ in caſtris *d.*l.4.l.7 l 32.*cum ſeqq.*l 45. & l.*pen.*ff.*h.t.t.t.* C.*de reſtit.milit.* l.*fin.*C.*quib non obijc* long.*temp.præſcr.*C.l.A.*h.θ.6.* ſivè procuratorem reliquerint & reliquere potuerint, ſive non, l. 26.§.*f.h.t.ibiq;* VVeſ.*in* ϖ.*n.5.*l.1.*ibiq;* Sich C *eod.*l.23.ff *de uſur.* Sive ipſi quid de bobis ſuis amiſerint, ſive ipſorum liberi, uxores, militumque Medici, *t.t.*C.*de uxor.mil.* & *eor ibiq;* Weſ. *l.41 §* 1.ff.*de excuſ.tut.Heig.ad*

§.2l.d.t.

800.

§.2.*l.d.t.* Sed & illi pro abſentib. habentur, quibus reverſis modicũ tempus (intra quod vix hoſpitium conducere, ſarcinulas componere, Advocatum quærere & ſimilia, ſine quibus agi aut nullo modo aut non ſatis commodè poteſt, expedire liceat, id quod cognoſcentis arbitrio temperabitur) ad precavendam læſionem ſupereſt, ita ut negligentia eorundem reſtitutionem differétium argui non poſſit, *l.*15 §.*ult.* & *l.ſeq.h t.* nam ſi tempus non modicum ſit lapſum poſt reditum, & ita negligentes fuerint in agendo, non audientur, nec ad tempus abſentiæ ſaltem reſtituentur, *arg. d. l.* 16. *Duar. hic part.* 2. Qui vinculis detenti vel nullo modo, vel certè honeſtè comparere in publico non potuerunt, *de quibus l.*9. & 10. *l.* 28. §.1. *h. t. l.* 2. *C. eod.* qui in ſervitute fuerunt, ſive juſta ſive injuſta & putativa, aliove caſu adverſo laborarunt, *l.* 11. *l.* 14. *h.t.* De ſtatu ſuo litiganti non ſuccurrit Prætor inchoatâ lite *l.*12. *h.* quia pro libero habetur *l. ordinata* 24. & *l* 14. *C. de liber. cauſ. Duar.* & *VVeſ. h.* multo minus transfugis, quibus denegatum eſt poſtliminium. *d.* l. 14. *h. t.*

(*e*) Adverſus abſentes ex quacunque cauſa ſive neceſſaria, ſive voluntaria, *l.* 1. §.2. *l.*21. *princ.* & §.1. *h. t.* tùm quod officium publicum nec compendio alicui eſſe debeat, *l.*22 §.1. *l.*1. *l.*29 *ff. h t.* tùm quòd ad jus præſentis non interſit, per qualem adverſarii, quem nemo defendit (relicto enim Procuratore vel amicis ad requiſitionem actoris defenſioni legitimæ non defuturis, ſecus eſt *l.*39. *l.*31. §.2. & *ult. h. t.*) abſentiam, juſtam an injuſtam, facultate conveniendi caruerit, *Weſ. h. n.* 6. Idq. adhuc hodiè *poſt Conſt. Iuſtin. in l.* 2. *C. de ann. Except. gl. in d. l.* 39. *h t. Scbn. ad* § 5. *I. de Act. n.* 31. Succurrit ergò Prætor præſentibus adverſus captivos poſtliminio reverſos, ſi quid durante captivitate à perſonis dominio ipſorum vel poteſtati ſubjectis ex re peculiari uſucaptum ſit, *l.*23. §.1. & 3. & *l.*25. §.2. *h.t.* adverſus vinculis oppreſſos poteſtatem ſecum agendi non facientes, *l.* 23. *h. Weſ. ibid. n.*7. latitantes *d. l.*23. § *ult.* multitudine negotiorum diſtrictos, *l.*25. *h.* & omnes qui qualibet tergiverſatione & ſolertia judicium detrectant, ne cum ipſis agi poſſit, *l.*24. *h. t.* Abſens quoque contra abſentem eodem abſentiæ genere reſtituitur, *l. fin. ff. h. t. l. fin. Cod. de præſcript. long. temp. l.* 41 §. 1. *de R. l.*

(*f*) In Edicto ſuo, cujus cauſam nemo non juſtiſſimam eſſe fatebitur, *l.* 1. *pr. ff. h. t.* Cum æqualiter quos damno affici non

vult, nec lucrum ſentire patiatur, cum alterius detrimento, ne vel obſit cuipiam vel proſit quod evenit, *d.l.1. & l.21. l.23. l.26. pr. & §. pen. h.t. l.140. ff. de R. I.*

G. (*g*) *L 3. & l.16. in f.h.t.* in cujus cognitione verſatur, *monente Duar. hic.* 1 Ipſa abſentia vel impedimentum an etiam abſens fuerit, aliove caſu adverſo impeditus, qui petit reſtitutionem, vel contra quem ea petitur; & quidem nulla præceſſerit affectatio vel doloſa procuratio *l. & qui data. 5. ff. h.t. c. paſtoralis. in pr. de offic. deleg.* Deinde læſio, an per illum caſum & abſentiam contigerit, nec enim læſus in aliqua re, in qua etiamſi domi manſiſſet, damnum paſſurus vel aliàs in ipſius poteſtate erat, impedimentum removere, hoc remedio adjuvatur, *l.44. h.t. fac l.11. §.5. de minor. l.40. ff. de condit. & demonſtr. l. fin. §. 4. C. de temp. appell. l.14. ff. de re milit. add. ſupr. §. 4. lit. g. & infr. θ.21. lit. e.*

H. (*h*) Tàm in re principali quàm in acceſſionibus & fructibus *l.28. §. ult. & l, 29. h.t.* adverſus eum ſcil. qui poſſidet, dolove poſſidere deſiit. *arg. l.16 §.3. de pignor.* ejuſque heredem. *l.30. h. l.6. C. de reſtit. mil.* & adverſus omnem ad quem res pervenit. *l.17. in pr. h.t. C.I.A.h. θ.17.* Idque (*ſecundum Dd.*) duplici quaſi judicio ſive remedio, ut ſequitur, & eatenus quatenus jus ipſorum læſum eſt. *l.15. ff. h.t.* actione cum ſuo onere reſtituenda *l. 41. h.* & reputationibus quoque ſalvis, *l. 6. C. de reſtit. milit add. ſupr. θ. 7. lit. d.*

I. (*i*) Putà præſcriptione, uſucapione, &c. idque per *remedium* ſive *judicium* quod vocant *reſcindens* competens intra annum & hodiè quadriennium continuum, *l. ult. C. h. t. l. fin. Cod. de tempor. in int. reſtit. Schneidevv. Vultej. Mynſ. ad §. 5. Inſtit. de Act. Idem Mynſ. ad §. 6. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. verb. omnia priſtina jura & Dd. comm. Boter. cl. 5. D. 27. θ. 24. Diſſent.* Neoterici plerique *cum Cujac. lib. 7. obſ. c. 31.* ubi hoc remedium adeò ſtultum eſſe affirmare non dubitat, ut ſtultus ſit, qui id refutare velit; verùm prior Dd. opinio communis eſt, ut dixi, & in foro recepta, quamvis in jure noſtro civili Juſtinianeo ſatis fundata eſſe non videatur.

K. (*k*) Eamque duplicem, *inſtitutoriam arg. l.8. §.14. ad Velle*j. illi dandam, cui fuiſſet nata actio, ſi domi manſiſſet, nata tamen non eſt propter abſentiam, ut eſt *in caſu l.41. & 43. h.t.* & *reſtitutoriam l.3. §. 1. ff. de eo per quem fact.* quæ reſtituit actionem quam uſucapio extinxerat, eaque vel realis *in d. §. 5. Inſt. de act. l.35. ff. de O. &*

*A.* ubi etiam *Publiciana* vocatur, *junct. l.57. ff. mandat. C. I. A. h. θ.31.* vel Perſonalis, *l.1. ibi: ſive cujus actionis h.t.l.9. §.3. quod met.cauſ.l.21. §. 1. ff. de donat. gl. ad l.35. verb. redditur & ad d.l.28. § pen.h.tit. Duar. hîc & Mynſ. ad d. §.5. n.9.* An verò hæc reſciſſoria cum judicio reſcindente poterit cumulari? Affirmativa ut magis communis & æquior placet *cum Odd. q.33. art. 5.* maximè ſi conditionaliter fiat cumulatio & conſecutivè, *Mynſ.2.O.25.n.3. Schn. ad d. §.5. I. de act. in fin. Sich. in rubr. C. de in int. reſt. Maur. d. tr. c.9.*

(*l*) *L.1. §.3.l.28. §.3.h.t.l.18.in fin.C.de poſtlim.reverſ.d §.5.Inſt.de act.* quia Prætoriæ reſciſſoriæ contra Jus Civile datæ, licet rei perſecutionem habentes, anno ſaltem utili durant *l 35.ff.de obl.& act.*

(*m*) Eſt enim (*præterquàm ubi leges expreſsè contrarium diſponunt*) ejuſdem qualitatis & naturæ cum priori, & vetere, in cujus locum, fuit ſurrogata; Et ideò libellus quoque, adjectâ mentione reſtitutionis in integrum, eodem modo formandus eſt pro in directa illa formari debuiſſet, tàm quoad narrationem, quàm quoad concluſionem, *tr. ſynopt. de act. in for. rect. inſt. c.16. n.9. &* 10. ut propterea *Vult. cum Wurmſ. Mynſ. & aliis* ſupradictam judicii duplicitatem aſtruentibus haud longè à ſcopo aberrare videatur, dum reſciſſoriam noſtram opinatur eſſe ipſam actionem originariam, quamvis à Prætore ex æquitate qualificatam; *ad d. §.5. I. de action.* adeoque non directam, ſed utilem, *l.24. C. de R. V.*

### *THESIS XXI.*

Adjecta eſt Edicto Clausula Generalis, Si Qua Alia Mihi Justa Causa Videbitur, In Integrum Restituam (*a*) quâ toties quoties evidens æquitas poſcit (*b*) nec Jus Civile expreſsè prohibet, (*c*) ſe reſtituturum Prætor pollicetur, non in aliis duntaxat caſibus abſentiæ (*d*) ſed quovis alio juſto (*e*) impedimento (*f*)

(*a*) *L.1. §. fin. & l.26. §. fin. h.t.* quæ ut latiſſima ſit, minus tamen favorabilis eſt, quàm reſtitutio minorum, *Tilem. d. D. ad π.* 11. θ.38. & *Weſ. in π. h. n.10. verſ. Et ſi ex qualibet juſta cauſa maiores &c. fac. l.2. in fin. de iudic.*

(*b*) L. 7

B. (*b*) *L.7.ff.de in int.reſtit.* Ideoque judex ſolers & diſcre-
tus & æquitati obſecundare ſolitus cuncta ſubtiliter diſpenſans
provideat, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis aut major, ut
proinde ſciat utrum reſtitutionis beneficium ſit indulgendum, an
verò denegandum, *arg. 2. F.24. §.2.*

C. (*c*) *D.l.1.§.2.fi. & d.l.28.§.quod eius h.t.* Prætor enim, qui cu-
ſtos eſt Juris Civ. id quod lex apertè diſertéque inhibet, concede-
re non debet. *Weſ. h.n.11.*

D. (*d*) *L.15.§.22. de damn. inf.* puta pro civitate, *d. l.26. § fin.
& l.8.h.t.l.1.C.eod. Schn. ad d. §.5.n.51. & ſeq. I.de act.* ſtudiorum, *l.28.
pr. h. junct. auth.habita C. ne fil.pro patr. l.14. C. de advoc.div iud.iunct.
l. fin. C. de Palatin.ſacr. larg. lib.12.* teſtimonii perhibendi & appel-
lationis cauſa *d l.26. § fin. h.t.*

E. (*e*) Id quod arbitrio Judicis relinquitur, *Menoch. de arb.
caſ.18.* ubi difficilis probationis eſſe ait. Cæterùm grave an leve
ſit, nihil refert, dummodò non potuerit ab impedito removeri,
*Salyc. in auth. ei qui n.3. & l.cum anter. fin. § illud. 4. verſ. quæro. C. de
temp. appell.* qua ratione, etiam neceſſarium (*hoc eſt*, ſimpliciter
neceſſarióq; obſtans, ita ut omnem diligentiam deſtruat) non vo-
luntarium eſſe debere dicitur *d.l.26. §. fin.h.t.*

F. (*f*) *L.17.§ 3. de uſur. l.7.§ 1. de diſtr. pign. d.l.7. de in int. reſtit.
Weſ.in π. C h.t.* ſive ex neceſſitate naturæ, caſu & per quandam
fortunæ circumventionem, *ut loquitur Imp. in præf.* N 49. *in fin.* oro-
veniente *l.35 ff. de ſerv. præd. ruſt.l.1.§ 9. ff.de itin. act. priv.* (quò per-
tinet etiam bellum, peſtis vel adverſa valetudo, perturbat enim
mentem & memoriam ut quis non facilè recordetur ea quæ fa-
cere debet *l.quæſitum 60. & ibi Dd.ff. de re iudic. l. 1. prrinc. l.38. in
f. h.l.75. ff. de iudic. Sich. ad l.1. C. h.t. ubi hunc divinitùs abeſſe dicit, ſic
morbo poſtulante.* Et paupertas in his quæ ſine expenſis & ſumti-
bus fieri nequeunt *l.1.§.8. ff.mand. c.ex ratione ubi gl. de appell.* dum-
modò probetur ab eo qui in ea ſe fundat, *l.5. §.1.ibiq; gl.verb.dubite-
tur ff. qui ſatiſdar. cog. Gail.1. O.142.* ubi à deſertione appellationis
paupertatem ipſo jure excuſare idque in Cam. obſervari refert,
*conf. Beſold. de appell. c.10.n.4.*) ſive ex facto tertii cauſato *in l.4.pr.
l.5 §.pen.ff.ne quis eum qui in ius &c. & l.3.§.1.ff.de eo per quem fact.Sch.
& Mynſ.ad §.12.I.de action.* In poſteriori tamen legis ſpecie non ali-
ter, quàm ſi tertius ille non fuerit ſolvendo, *d.l.3. §.1.* prout etiam

aliàs

aliàs adverſus *Procuratorem* errore vel negligentia terminum ſive fatalia labi patientem nec non *adverſus Notarium* Cameræ proceſſus ritè non ex ſequentem, ita demùm reſtitutioni locus eſt, ſi non ſint ſolvendo, ita quod dominus & principalis damna & intereſſe ab iis actionis viâ ordinaria conſequi non poſſit, quod vel ex facto per diſcuſſionẽ, vel jure & ipſius rei naturâ, quæ non recipiat æſtimationem *arg. l.8. §. fin. ff. rem rat. hab.* apparebit, *l.23. de minor. & auth. hodiè C. de appellat. l.12. de furt. c.2. ibique gl. extr. de in int. reſtit. C.I. A. hic 9.25. Gail. 1. obſ.45. n.6.7. & obſ.139. n.8.9. Mynſ. c.5. obſer.95. Hartm. Hartm. pract. obſ. lib.2. tit.19. obſ.3. n 13. Beſold. d. loc. n.4.* ADVERSUS *Nuncium Cameræ* proceſſus minùs rectè inſinuantem, reſcriptum eorundem per modum brevi manu reſtitutionis, impenſis ipſius nuncii vigore ordinationis redimendum & denuo exequendum peti & impetrari ſolet, *Ord. Cam. p. 1. t.38 in fin. Gail. 1. O.54. n.8 Schvvan. lib.1. proceſſ. c.22. Mynſ. c.2. obſ.62.* ADVERSUS *Scribarum* denique & *Prothocolliſtarum* incuriam, terminum per ſententiam procuratori admiſſum vel præfixum non rectè annotantium, indeque ob tardiorem reproductionem partis adverſæ ſubſecutam abſolutionem, reſtitutionem quidem non denegatam, ſed tamen cum mulcta Procuratoris in duas marcas argenti conceſſam fuiſſe obſervavi. DOLOR quoque juſtus juſtam præbet reſtitutionis cauſam *Odd. q.11. art.5.* nec non juſta & probabilis IGNORANTIA, *l.19. §.1. ff. quē. ſerv. amitt. l.19. C. de iur. delib. ibique Dd. l.2. C. de pact. int. emt. junct. l.19. de Reg. jur. l.86. ff. de adquir. her. Gail. 2. O. 131. n. 8.* quæ quidem omnia exempli loca retuliſſe ſufficiat; Alioquin quàm ex multis variiſque cauſis, vigore prædictæ clauſulæ generalis, detur reſtitutio, ex latioribus JCtorum, qui de ea ſcripſerunt, libris, intelligi poteſt, *arg. §.6. I. de except.* Hoc unicum annectere placet, ex ſola cauſa ſive capite ignorantiæ majoribus non dari reſtitutionem adverſus præſcriptionem 30. vel 40. annorum, *l. fin. C. de præſcr. long. temp. l.3. C. de præſcr. 30. ann. l.4. C. eod. junct. l.5. ff. pro ſuo & l.1. ff de uſucap. Harp. in §. ult. Inſt. d. t. n.14. & ſeqq. Weſ b. in ϖ. n.10.* Idemque Jure Sax. obtinet, *Cæpp. obſ.92. per tot. Conſult. conſt. Sax. p.9.55. ubi ratio*; Dieweil nicht allein oberzehlter Unrath und unzehliche Hadderſachen darauß erfolgen würden/ ſondern auch da man die reſtitution zugeben wolte/ noch in dem eine Weiterung iſt/ wel-

ches juſta ignorantia ſein ſolte ꝛc. Derowegen iſt es viel beſſer/indiſtinctè ob ignorantiam die erfüllte præſcription nicht zu hinderziehen ꝛc. Contraria tamen Dd. opinio communis eſt, & uſu forenſi quoq; recepta *Gail.2.O 19. & n.19. obſ.48.n.13.*

## *THESIS XXII.*

Supereſt ultima Reſtitutionis cauſa ſive Species (*a*) qua Prætor (*b*) majoribus (*c*) ob alienationem (*d*) judicii mutandi cauſa (*e*) dolo malo (*f*) eoque duriorem factam ipſorum conditionem (*g*) adverſus alienantem (*h*) ſubvenit actione in factum arbitraria (*i*) ut priſtinam judicii cauſam reſtituat, vel ſi hoc non fiat, in id quod intereſt alienationem non eſſe factam condemnetur (*k*)

A. (*a*) Juſtus ſc. error, ex mente *Weſ. in π. ff. de alien. jud. mut. cauſ. n.1. arg. l.2. ff. de in int. reſtit.* quo iis ſubeniatur, qui nullo ſuo facto, ſed dolo adverſarii in moleſtias & detrimenta litiũ præcipitantur *d. t.* Verùm uti negari non poteſt, juſtum errorem aliquando locum facere reſtitutioni *per text. in l.1. §. ult. & l.7. §.3. l.10. ff quod falſ. tut. aut geſt. l.15. §.5. ff. quod vi aut clam. § ſi quis agens.33. ibique Schn. n.8. Inſt. de action. l 4. §. fin. ff. quod cum eo fac. l.13. pr. de inſtit. act. l.1. §. ult. ff. quand. de pecul. act. ann. l.11 §.10. de interrog. in jur. fac. Old. cl.4. act. 7. Cujac. ad d. l.2. ff. de in int. reſtit. Boc. d. claſſ.6. D.10. θ.18. & ſeqq.* Ita eundem ad præſens Edictum (quod nobis ultimam reſtitutionis cauſam ſuppeditat *l. un. C. h. t.*), referendum vel reſtringendum eſſe nulla ſuadet neceſſitas; *Add. Dn. D. Bicc. in Aur. ſect.5. num. 161. circ. fin.*

B. (*b*) *L.8. §.1. & l.4. §.1. ff. d. t. de alien. jud. mut. ibiq; Weſ. n.9.*

C (*c*) Eorumque heredibus *l.4. § f. h. t.*

D. (*d*) Hoc eſt dominii, poſſeſſionis, *l.4. § 2. l.8. §.2.* vel alterius alicujus juris in alium translationem *d. l.4 §.4. h. t. in fin. h. t.* Et quidem alienatio intelligitur inter vivos, eaq; voluntaria, *arg. l.9. & 10. pr ff. h. t* nõ mortis cauſa, quæ licitè fit, puta heredem inſtituendo, vel quid legando, *l.8. §.3. & §. ult. d. l 9. & l.16. ff. & l. un. C. eod. jung. l 9. pro ſoc. l.3. §.2. de leg. præſtand. Weſ. h. n 6.*

E. (*e*) Ejusq; 1. Futuri, nam quæ cœpto judicio facta eſt alienatio, huc non pertinet, cum locus ſit exceptioni litigioſi & remedio *l. ult.*

*C. de*

*C. de litigioſ. t. t. ff. eod. junct. l. 8. §. 1. & ultim h. t.* Weſ. *h. n. 5. & 6.* 2. Realis. *l. 3. §. 1. l. 4. pr. §. 2. & §. pen. ff. h. t. l. un. C. eod.* non perſonalis; neq; quod reum & debitorem, utpote qui invito creditori non poteſt alium ſubſtituere, cum delegatio fiat per ſtipulationem creditore volente, *l. 1. C. de novat.* neq; quoad actorem alienantem h. e. creditorem cedentem, quoniam verbum *alienationis* prædicatur de actionibus realibus & juris in re translatione *l. 1. C. de fund. dot.* non verò de obligationis vel actionis ceſſione, *l. 1. C. de O. & A. l. 76. de ſolut.* de qua coërcenda tandem per Impp. ſingulariter eſt conſtitutum *t. t. C. ne lic. potent. l. antepen. & l. ult. C. mand.*

(*f*) Datâ opera in fraudem adverſarij, *d. l. 4. §. 1. & 3. h. t.* nec enim verecunda cogitatio lites execrantis erit vituperanda, *d. l. 4. § 1. h. t.* & vir bonus dicitur, qui ſtudet lites finire, *l. 3. de arbitr.* modò (ut graviter & prudẽter admonet *Old. claſſ. 1. act. 11.*) oculatus ſit Judex ne ex huiuſmodi allegatione ab impoſtoribus fallatur, quid enim carnalis hominum malitia non excogitat, ſecundum *Imp. Nov. 72. in f. princ.* F.

(*g*) *Vel ob qualitatem perſonæ adverſarij,* qui potentior *l. 1. §. 1.* improbus phormio & moleſtus ſive litigioſus *l. 2.* privilegiatus. *l. pen.* aut forenſis ſive alterius provinciæ homo, *d. l. 1. §. 1. & l. 5. h. t. vel obmutatam qualitatem actionis. l. 3. §. 2. vel ob interverſam actionem & mutatum negotij ſtatum. l. 4. in pr. h. t. Azo in ſum. C. eod.* Quod ſi ergò ex alienatione nullũ detrimentũ ſentiat actor, nec intereſſe ſuum docere poſſit *ut in l. 4. §. 5. l. 8. §. 4. h. t. l. 1. C. eod. junct. l. 95. §. 9. de ſolut.* ceſſabit ex hoc Edicto actio, ſicut & iſto caſu, quando paratus eſt reus utile judicium pati, perinde ac ſi poſſideret. *l. 3. §. ult. h. t.* nec tamen ideò hanc in factum actionem ſuperfluam eſſe dicendum eſt, quod actori directam rei vindicationem contra poſſidentem, & utilem contra alienantem perinde ac ſi poſſideret, jura tribuant. *l. 1. C. h. t. & l. 27. §. 3. ff. de rei vind. Old. d. cl. 1. act. 11.* G.

(*h*) Ejuſq; heredem, in quantum ſc. factus eſt locupletior *l. 7. ff. h. t. l. 16. de dol. l. 5. pr. de calumn. Bocer. d. cl. 4. D. 6. 8 87. Weſ. h. n. 1.* H.

(*i*) *L. 1. l. 3. §. 4. ff. & d. l. 1. C. h. t. l. 24. §. 1. ff. com div.* quæ etiam ante excuſſum poſſeſſorem intendi poteſt, *ſecundum gl. ad d. l. 1. pr. verb. quanti noſtra interſit ff. d. t.* Poſt annum verò ex die læſionis I.

nis ſivè factæ alienationis, non dabitur *l. 6. & l. ſeq. h. t. l. 16. ff. de aq. pluv. arc. gl. ad l. 4. pr. verb. uſucaptæ in fin. h. t.*

(*k*) Eſt enim hæc in factum actio non quidem reſciſſoria alienationis, *contrà quàm putat* Cujac. *ad. h. t. &* Weſ. *in* π. *ff. eod. in fin.* Sed tamen reſtitutoria, quâ arbitrio Judicis res cum priſtina cauſa actori exhibenda vel reſtituenda, *l. 4. pr. & l. 8. pr. &* §. 4. aut ſi hoc fieri non poſſit, intereſſe actori perſolvendum eſt, *d. l. 1. & l. 3. § ex quibus 4. ff. h. t. ibiq; VVeſ. n. 7.*

Et hæc pro ratione inſtituti de præſenti Reſtitutiorum materia utili & quotidiana dixiſſe ſufficiat!

Deo Trin-uno ſit laus, honor & gloria in ſempiterna ſeculorum ſecula, Amen!

*FINIS.*

X 2615934

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0063-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0064-8

22774.
1650,7.

POSITIONES JURIDICÆ
INAUGURALES
DE

# RESTITUTIONIBUS IN INTEGRUM

*QUAS*

SUB PRÆSIDIO JEHOVÆ
*EX DECRETO ET AUTHORITATE*
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI ET CONSULTISSIMI JURIS ANTECESSORUM Ordinis in inclyta & celeberrima Argentoratenſium Univerſitate

*Pro Gradu* DOCTORATUS *in utroque Jure ritè conſequendo*

*Publicæ & ſolenni disquiſitioni ſubmittit*

TOBIAS ULRICUS à GÜLCHEN
Spirâ-Nemes.

*Ad diem* 9 *Menſis Decembr.*
*horis locoque conſuetis*

*ARGENTORATI*

Typis JOHANNIS PHILIPPI MÜLBI,
ET JOSIÆ STÆDELII,

M. DC. L.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-627091-p0065-3